Immo aliqui doc. ibi voluerunt tenere & affirmare: q̄ in possessi one discontinua/que non omni hora & die cōtinuatur a possesso re/ sit necessariū tempus duplicatum .s. lxxx. annorū. Nā omnia iura fauēt libertatibus. vt in. c. cum olim. in. §. pen. & in. c. ex ore. in. §. fi. de priui. vnde fauores ampliantur/ & odia restringuntur. vt in. c. tua. ď decimis. & in. c. j. de filijs presby. lib. vj. et in regula odia. de regu. iu. eo. li. & ff. de lib. & postu. l. cum quidā. Ita q̄ nul lo pacto dominiū seu communitas poterit se iuuare & tueri ex p̄ scrip. tum quia incapaces/ & sic non possessores. tum quia ex nar ratis in Breui/ in quo absoluuntur a censuris ex perceptiōe ga belle ab ecclesiasticis personis/ de facto vidētur esse de iure ma le fidei possessores. cum qua de iure canonico nulla currit p̄scri ptio. vt in. c. fi. de prescrip. & in regula. ij. de reg. iu. li. vj. Nam cer tum est: ad causandum & tenendum bonam fidem/ erat necesse: de vigore Breuis auctoritate ordinarij seu delegati iuris ordi ne seruato .s. vocatis quoꝝ interest & vocandis: dominium pone retur in possessiōe percipiēdi gabellas a clero. vt singulariter ait Abbas in. c. cōsultationibus. de iure patronatus. Et sic his nō obstantibus/ dominium seu communitas propter iuris errorē non potuerunt stare in bona fide: & sic nec prescribere. vt. s. imo propter malā fidem tenentur ad restitutionem. vt in. c. grauis. & in. c. conquerēte. de resti. spo. & in. c. dilecti. de priui. & ibi per Ab batem in. iij. col. & iura sunt vulgaria. Nec in istis spiritualibus valet consuetudo/ q̄tumcū q̄ antiqua in preiudiciū ecclesiarū. cum non possit stare sine peccato. vt in. c. j. & in. c. ad nostrā. & in. c cum inter de consuetudine. nam non quod fit/ sed quod fieri de bet est attendendum. vt in. c. cum causam. de electione. Nā q̄to antiquior: quia cum peccato: tanto magis reprobanda/ & citius de medio tollenda. vt in. c. fi. de consue. & in. c. cum in ecclesie. de symonia. Nam veritas preferenda est consuetudini. vt in. c. ma la aūt consuetudo. & in. c. veritatē. & in. c. si ɔsuetudinē. & in. c. qui contenta veritate. viij. di. Nam vt ait Anto. in. c. fi. de consue. et Dominicus in. c. j. de consti. li. vj. q̄ consuetudo que repugnat ec clesijs/ repugnat fini dei/ & fini publico. quia ius publicum con sistit in sacris & sacerdotibus. vt. j. di. & c. ius publicū. & si consue tudo videatur facere vtilitati publice/ & repugnat fini dei: sicut de dandis vsuris/ ratione finis dei dicitur irrationabilis & cum peccato. licet & alio modo sit in fauorem publice vtilitatis/ non

tenet: nec ꝙtumcũqȝ antiqua valet. vt in locis preallegatis.

¶ Questio septima. Si posito/ et non concesso: ꝙ priuilegium teneret: an cõmunitas seu dominiũ possit hodie clericis augmentare gabellã.

Sed posito et non concesso/ ꝙ rescriptum seu priuilegiũ essȝ validũ et teneret: et clerici tenerentur ad solutionẽ gabelle. an hodie dominiũ posset gabellam augmentare. Et dicendũ est ꝙ nõ. cum quia non liceret a concordia recedere: presupposito ꝙ ꝯcordia fuisset. facit tex. vt in. c. ij. de rebus ecclesie nõ alie. li. vj. in fi. vbi inter alios doctores optie Ancharanus ait: ꝙ paria sunt illicite contrahere: vel ex cõtractu licito vltra debitũ aliquid vsurpare. Dicit aũt licitũ/ quicq̃d venit de natura ꝯtract⁹/ vel ꝯuẽtione legitima. Nã idẽ est cẽsuȝ seu gabellã de nouo imponere/ aut impositã augere. vt in. c. ꝓhibemus. de cẽsib⁹. qḋ fuit in cõsilio lateranẽ. sed certũ est/ vt probatur: et est notorium: ꝙ cõmunitas/ seu dominium hodie sine pena censurarũ/ de quibus supra/ non posset imponere gabellã presbyteris. ergo nec augere. vt ibi: et in c. grauis. et in. c. scientes. eo. ti. de censibus. facit tex. et ibi p doc. in. c. pastoralis. de rebus ecclesie nõ alie. et in. c. predia. xij. q. ij. et bene in casu de quo agitur per abbatẽ et doct. in. c. preterea. j. de transactio. Nam cui dubiũ per nouam impositionem/ seu statutum de gabella videatur dominium seu cõmunitas grauare ecclesias: et ꝯtra earũ libertatẽ venire/ et cẽsuras incurrere. vt in. c. graue. et in. c. nouerit. de sñia excõ. et in locis ꝑallegatis. Immo magis graue dicendum est: ꝙ aliquis dominus seu cõmunitas que recognoscit imperatorem/ seu alium in superiorem: nõ posset ex se licite nouam gabellaȝ laicis et subditis imponere: aut antiquã augmentare. vt in. c. super quibusdam. in. §. preterea. de ver. sig. Et si imponeret ecclesiasticus/ cõtra talem dominum posset per censuras procedere: et eum excõmunicare. vt est tex. in. c. innouamus. de censi. et ibi bene per doct. Et sic clare constat et breuiter: ꝙ non licet dominio seu cõmunitati/ in casu quo licite antiquã gabellam recepissent hodie eam augmentare.

¶ Questio octaua. An posito ꝙ Breue et priuilegiũ teneret: An dñuȝ seu cõmunitas teneat facere recõpensã integrã solõis gabelle.

Sed posito vt supra in proximo articulo: q Breue esset vali dum: et clerici tenerētur soluere gabellā: An dominiū teneat fa cere integras compensas/ad hoc q non dicantur venire cōtra libertatē ecclesiasticam. ¶In quo dicendū est: q tenentur face re integram compensam et restitutionē gabelle solute per eccle siasticos. Pro cuius fundamento faciūt omia iura superius pro libertate ecclesiarū et sacerdotum seu clericorū allegata. vbi cō stat: q etiam si clerici vellent non possent soluere gabellā: nec se culares sine censuris recipere: nec prelati sine lesione conscien tie tolerare. Nec papa simpliciter/vt diximus/potest cum secu laribus in hoc dispensare. prout sancte memorie Pius secūdus qui vtrūq ius diuinum et pontificiū/et alia de libertate ecclesia stica non ignorabat. ideo sanctitas sua ne veniret contra dictam libertatē: neq clericos ac dominiū senen. in cēsuris et in indigna tione diuina illaquearet: vt satisfaceret vtriq parti et dominio in obuiando fraudibus in s. dicta ciuitate sibi a dominio seu com munitate relatis: credendo precessisse concordiā: p suū Breue protestans: nolle venire contra libertatē ecclesiasticā: permisit iuxta concordiam clericis/vt soluerēt gabellā. et ne ex solutione gabelle clerici damnū paterētur/teneatur cōmunitas facere re compensam et restitutionē solutionis gabellarū singulis annis. Ex quib9 verbis pōtificis expresse et clare apparet/ esse de eius voluntate: in minimo nolle grauare clerū: neq ecclesiasticas p sonas. Nam de natura istius vocabuli compensa: licet non quo ad eum qui compensat infinitum pro finito / sed inter homines idem est sicut tantū dare seu recipere. al's non diceretur proprie seu vera compensa. vt in. c. constitutis. de reli. domi. nam cui du bium: si presbyter soluit centum libras pro gabella: et non re ha bet nisi. xx. qui non videatur grauari in libertate: et cōmunitas seu dominium venire contra libertatē/et in censuris incurrere. p ut in locis preallegatis. facit bene tex. in. c. clericis laicos. in. §. nos igitur. de immunitate ecclesiarū. li. vj. vbi excluditur omnis numerus solutionis. tam. x. q. xx. q. centū. Nam licet dicta de cretalis sit abrogata per cle. vnicam. eo. ti. nihilominus ratio et fundamentum decretalis in hoc potest allegari. et locum habet Glo. est ordinar'a in. c. nouit. iuxta t. xtū. de iudi. in parte quicū q. et ibi per Innoc. et alios doct. facit tex. in. l. eas. ff. de capi. di minu. Nā ita leditur libertas in minimo sicut in maximo. quod

est contra intentionem pontificis ꝛ eius Breuis. Nam vt ait beatus Jacobus in canonica sua.c.ij. Quicunqꝫ totam legem ieruauerit/offendat autē in vno/factus est omnium reus.hoc idē si vnus ieiunat preter vnam diē/quadragesimā totam fregisse videtur.vt in.c.non liceat.de conse.di.iij.Preterea certū est ꝛ non potest negari:qꝺ se.re. Pius dicit in Breui vt supra/in cōpensaꝫ ꝛ restitutionē solutionis gabellarū.ex quo vocabulo restitutionem idem Pius expresse voluit ad totū quod soluūt clerici eis integre restituatur:al's non diceretur vera restitutio solutionis vt in.c.cum tu.ꝛ in.c.tua.ꝛ.c.consuluit.ꝛ quasi per totū.de vsuris.vbi si.ꝓuidetur vt quis restituat vsuras:vt quis intelligitur integras.ꝛ iura sunt vulgaria.facit bene tex.in.c.pisanis.ꝺ resti.spo.quasi in fi.ibi.in parte plene ac libere.ita ꝙ illa est vera restitutio que est plena ꝛ libera.vt in.c.cōquerente.eo.ti.ij.q.ij.quasi per totū.Ita ꝙ ex verbis ꝛ ex intentione pontificis satis cōstat ꝙ cōmunitas tenebatur compensam equalem ꝛ integram restitutionē solutione gabelle ꝑsonis ecclesiastic; facere. Quia quādocunqꝫ a iure videt̄ cōcessa facultas pontifici/aliqua que sunt ꝺ iure diuino cōmutandi:intelligitur/ꝙ non possit nisi in melius respectu illius actus particularis cōmutare. vt puta in casu de quo Inno.ꝛ alij doctores in.c.cū ad monasteriū.de statu regu. ꝛ Hostien.in summa.in ti.de voto aiunt. ꝙ si quidā rex saracenorum vellet cum suis subditis/si daretur sibi vna monialis in vxorem/effici christianus. ꝙ papa debet ibi propter maius bonū fidei ꝛ totius christianitatis/ꝛ sic propter maius bonū vniuersale cum dicta moniali vt contrahat matrimoniū ꝛ votū religionis quo ad deum ꝛ fideles in melius cōmutare. Sed cessante casu maioris boni/aut vtilitatis vniuersalis/non posset contra ius diuinum venire:neqꝫ in alium/aut minus bonū cōmutare.s.ꝙ clerici soluant centū:ꝛ facere cōmutationē ꝙ recipiāt decē. Neqꝫ credēdum est qꝺ dominiū ait:ꝙ papa vt eis benefaceret vsus est ista liberalitate.cū non dicat̄ liberalitas de alieno.Nam licet papa videatur dominus ꝛ vniuersalis administrator rerū ecclesiasticarū:non tamē ita dominus/vt ista ꝛ similia in perpetnū possꝫ ab ecclesia ꝛ successoribus alienare re/nec abdicare.vt in.c.non liceat.xij.q.ij.ꝛ in.c.nihil.in fine de prescrip.ꝛ in.c.q̄ꝫ ꝑiculosum.vij.q.j.ita ꝙ clare constat attenta doctrina pōtificis ex eius verbis in Breui/ꝛ magis ex intentione: nolle grauare clericos/nec

contra libertatem eorundem venire. Cui intentioni in rescriptis et priuilegijs magis standū est q̄ verbis. vt in. d. c. super litteris. d rescrip. et in. c. sup eo. et causamq;. de offi. delega. vt in. c. ex multiplici. de deci. et in. c. q̄sto. de ꝓuile. quia licet verba rescriptoꝝ seu priuilegiorū cōsiderāda sint. vt in. c. porro. et in. c. accepimus. de priuile. magis aūt mens/seu intētio principis cōsiderāda est. vt in. c. humane. in ꝓnci. xxij. q. v. quia nō sermoni res/sed rei sermo est subiectus. vt in. c. intelligētia. de ver. sig. Nā in. c. in his. eo. ti. pontifex ait. Non debemus cōsiderare verba/sed voluntatē. cū non intentio verbis/sed verba intentioni debet deseruire. Interpretatur hoc idem in. c. marchio. j. q. j. vbi Hieronymus ait. Nec putemus in verbis scripturarū esse euangeliū/sed in sensu: non in superficie/sed in medulla: non in sermonū folijs/sed in radice rationis. Hoc idem ait Augusti. quod translatū est in c. his qutē. xxij. q. ij. Non consideratis rebus ipsis de quibus aliquid dicitur: sed sola intentione dicentis. Itaq; in Breui ex intentiōe dicentis. s. sancte memorie Pij satis clare: constat dictum Piū nolle venire contra ius diuinum et pontificium: et sic neq; cōtra libertatem ecclesiasticam: neq; in minimo velle grauare clerum et personas ecclesiasticas in solutiōe gabelle. Et sic voluit/vt clerici haberent compensam singulis annis: et integram restitutionem solutionis gabelle per clericos facte. immo si bene consideretur Breue et realiter aduertat. s. sancte memorie Pius nihil cōcedit dominio seu cōmunitati percipiendi gabellā a clero in futurū. sed tm̄ concordiā narrat: et a censuris ꝑ gabellis perceptis absoluit. vt supra dictū est in questione prima. in fine. Itaq; videtur satis constare: q casu quo Breue teneret: et clerici seu ecclesiastice persone tenerentur ad solutionē gabelle/ teneantur habere integram compensam: ne de libertate lesa tā contra soluentes q̄ cōtra recipientes deus irascatur. Cui et filio sancto simul paracleto/laus honor virtus et gloria in secula seculorū. Amen.

Finis prime partis tractatus de libertate ecclesiastica.

Joannis lupi apostolice sedis

protonotorij in secūdam partem de libertate ecclesiastica ad reuerēdissimū patrē. d. Franciscū sancte romane eccl'ie scti Eustachij. diaconū: cardinalē eccl'ie Senē. Prefatio.

Reuerendissime domine: satis lachrymandum est. v. d. t. Re
uerendissima videt: qd quasi omnis status ecclesiasticus vbiqz
locorum lamentatur cum Hieremia: z clamat cum Gregorio di
cens. Domina gentium facta est sub tributo magno/ac sub ma
xima subiectione z imperio secularium. cum non nullis seculari
bus videatur obsequium deo prestare/ dum persequuntur cle
rum z opprimunt ecclesiasticas psonas. z vt magister nr̄ ait. Fa
cti sunt odio omnibus hominibus propter nomen suum. Et qz
aliquando non sunt pastores/nec sacerdotes. de quibus ipse re
demptor ait. s. Bonus pastor animam suā ponit pro ouib9 suis:
necesse est vt frequenter questio ista de libertate z immunitate
ac de violatione ipsius libertatis apud doctores ventiletur: ac
a pluribus de hoc queratur. Et cum reuerendissime pater dieb3
elapsis fuissem interrogatus a nonnullis curialibus: an liceret
principib9 seu dominis tēporalibus/ clericos aut ecclesiasticas
personas in exiliū tradere: z de quibusdā alijs questionibus que
ad ecclesiasticā libertatē expectare vident. Respōdi tūc breuit
que mihi in mentē ex tēpore venerūt. Nūc aūt postq̄ aliquātu
lum fuit necesse magis in ista materia cogitare: nec aliquos li
bros ratiōe questionis gabellarū seu exactionū supra scriptarū
reuoluere: decreui nōnulla scribere/ac scripta in publicū trade
re. licet aliq̄ in vtroq3 libello repetant. qz sm̄ diuersā z subiectā
materiā hoc nō potuit euitari vna cum dicta questione exactio
nū/vt in occurrētib3 videāt. in quib3 credo sat3 ōndisse z pbasse:
nō licere tm̄ principib3 seu dominis tēporalib3 in spūalib3 seu ec
clesiasticis quātum forsitā existimāt z psumunt. omīa subijciēs
sedis apostolice. d. t. Reuerēdissime determinatiōi z correctiōi.

¶ Prima questio. An pncipes seculares/seu domini temporales possint clericos seu ecclesiasticas personas in exilium tradere.

In pmo casu dicēdū est: q supdicti seculares d iure h sine cri
mine sacrilegij nō pnt facere. qz certū ē regl'r z ordiarie: secl'ares
nullā hnt iurisdictionē in psonis eccl'iastic; nec eccl'iasticos pnt
astrigere aut iudicare. facit tex. in. c. ij. de fo. cō. vbi in cōcilio Pa
ris. Ita decisum est hoc idem in. c. non placuit. z in. c. laicis. z in
c. si quis principum. xvj. q. vij. facit. tex. in. c. clericum. et in. c. sil
uester. z in. c. nullus iudicu3. licet palea. z quasi per totum. xj. q.
j. fac. tex. i. c. j. z. ij. q to. xxj. q. v. facit hn tex. i. c. bene qde. in pnci.

z in fi.z in.c.deniq3.z quasi per totum.xcvj.di.z in.c.si quis dein ceps.xvij.q.iiij.facit tex.in casu nostro.in.c.cum non ab homine. de iudicijs.vbi interrogatus Celestinus.iij.an licet regi/vel ali cui seculari persone iudicare clericos cuiuscũq3 ordinis/ siue in furto/siue in homicidio vel periurio zc. Respõdit. tales ante de positionem z incorrigibilitatẽ iudex secularis iudicare seu pu nire non valet.vbi tex.in fi.post depositionẽ z incorrigibilitatem dat locu3 secularibus:vt tales clericos possint corrigere/iudica re/z in exiliũ tradere.facit tex.in.c.vt fame de sen.excõ.vbi ꝓhi betur secularibus capere clericos criminosos sine licentia iudi cis ecclesiastici.hoc idem in.c.si iudex laicus.de sen.exco.li.vj.z iura sunt vulgaria. Immo non solũ clerici non coniugati:sed cõ iugati cum vnica z virgine habitũ z coronã deferentes/in crimi nalibus priuilegio fori z etiam canonis gaudent.vt in.c. vnico. de cle.coniu.in vj. z sic probatur aperte ꝙ clericus aliquis non potest puniri/nec iudicari a laicis.immo nõ põt recõueniri in cri minali aliquo pacto coram seculari vbi erat auctor.vt in.c.qua liter.de iudicijs.z in.c.at si clerici.z cu3 non ab homine.de iudi cijs. Immo quod magis est:in casu negligẽtie ipsius ecclesiasti ci secularis contra clericos intromittere se non valet.vt in. d.c. qualiter in parte.ibi.qd omnino fieri prohibemus. Nec etiã si cle ricus vellet istud priuilegiũ potest renũciare/et iurisdictioni se culariũ se submittere.vt in.c.si diligenti.z in.c.significasti.de fo. cõp.z in.c.contingit.de sen.excõ. Dixi autẽ regulariter z ordina rie clericus non potest iudicari a laicis. quia specialiter iudicat in causa feudi.vt in.c.verũ.z in.c.ex transmissa.de fo.cõ.licet ar chidiaconus.in.c.vnico.de cle.coniu.in.vj. licet etiam in causa feudi non possit cõueniri coram seculari. quod nõ videtur in cõ ueniens. Hoc Joan.an.licet ipse in conclusione asserit:ꝙ licet in causa feudi possit clericus cõueniri coram domino feudi/non ta men ꝑsona clerici ratione feudi ab ipso domino feudi potest tan gi seu ratione persone iudicari. Sed his non obstantibus/opor tet veniamus ad particulare: an clericus possit banniri:aut tra di in exilium a seculari. Et dico sine crimine sacrilegij/z sine viola tione libertatis ecclesiastice hoc agere nõ valet.facit hῡ tex.vt di xi in.c.cu3 non ab homine.de iudicijs.vbi in fine.postq3 clericus est depositus z incorrigibilis/datur ab ecclesia facultas iudici se culari:vt talem clericum possit bannire : aut in exiliu3 tradere.fa

cit tex.in casu nostro.in.c.ij.de clerico excõmunicato.minis. vbi
prouidetur in concilio Antioceno: q si episcopus clericũ corri
gere non valet/regis iudicio ad requisitionẽ ecclesie exilio dãne
tur:ita q ante requisitionẽ seu remissionẽ/aut ecclesie ⁊ iuris ca
nonici permissionẽ iudex secularis non potest clericum bannire
aut in exiliũ tradere.facit bene tex.in terminis.in.c.olim de iniu
rijs.vbi Hono.iij.condemnat ⁊ condemnare facit cõmunitatem
Florẽ.quia banniuit episcopũ Fesulanũ contra deum ⁊ eccle
siasticã libertatem.⁊c.ita q videtur hoc laicis prohibitũ:⁊ veni
re contra libertatẽ ecclesiasticã: dum similia faciũt.⁊ sic sacrile
giũ incurrũt.vt in locis pallegatis.⁊ in.c.quest.de foro cõ.⁊ hodie p
uisum est:q seculares ista faciendo ipso iure sunt excõmunicati.
vt in cle.j.de penis.Nec obstat si aliqs vellet sentire/ q illa cle.
loquitur tm̃ i prelatis.nã Abbas in.d.c.olim.de iniurijs in sum
mario intellexit:q habeat locum in omnibus clericis.cum secu
laris potestas que clericum banniuit condemnari debet per iu
dicem ecclesiasticum.et dicit hodie adde penã in cle.j.de penis.
Hoc sentiunt alij doct.in predicto.c.olim.quia licet sit verũ / q
alie pene contẽte in cle.non habeant locum nisi in episcopis:cui
dubium/sacrilegium seu excõmunicatio non habebit locum in
distincte contra seculares tradẽtes in exiliũ ecclesiasticos/ gau
dẽtes priuilegio clericali.s.canonis ⁊ fori in criminali.Nã quis
dubitat exilium esse penam a iure.vt in locis preallegatis.quam
seculares nõ possunt imponere in clericos: quos nõ possunt pu
nire/nec iudicare sine crimine sacrilegij ⁊ censurarũ.nam sine le
sione corporali facta clerico laicus incurrit excõmunicationem.
cum exercet in clericum qd de iure exercere nõ valet.vt in.c.nu
per.de sen.excõ.vbi laicus detinens clericũ in custodia publica
vel priuata excõmunicationẽ incurrit.cũ vt ait Inno.⁊ Hostiẽ.
ibi magis iniuria in clerico attendit q̃ lesio.vt in.c.contingit.in
eo.ti.¶Sed quia dixi:ordinarie ⁊ naturaliter seculares non pos
sunt clericos astringere:condẽnare:neq bannire:aut in exilium
tradere:nisi post depositionẽ ⁊ incorrigibilitatẽ aut remissionẽ p
ecclesiam ad secularẽ factam.Restat videre:an ⁊ quãdo cleric
tradatur a iure vel ab homine curie seu iurisdictioni seculari: vt
possit clericũ punire/⁊ condemnare/bannire/aut in exilium sine
sacrilegio ⁊ censurarũ pena tradere. Et quia questio grauis est
⁊ periculosa:in qua videtur prima fronte iura diuersa seu varia

z doct. satis varij. necesse est videre fundamentaliter de priuilegio z immunitate clericali: z qui clerici/ z quando gaudent priuilegio fori z canonis: ad hoc q secularis nullo pacto sine censura contra tales procedere possit: z an z quando clericus censeatur de iure perdere priuilegiu clericale zc.

¶ Questio secunda. An appellatione clericoru quicunq clerici coprehendat quo ad priuilegiu clericale.

Pro cuius declaratione. Primo videndu est: an appellatione clericoz quicunq clerici coprehedant/ ad hoc q gaudeat z gaudere debeat priuilegio clericali. s. fori z canonis. Et doctores dicunt q appellatione clericoru coprehedunt ta constituti in minoribus q constituti in sacris. vt in. c. cu no ab homie. de iudicijs. vbi videt puisum q ad priuilegiu clericale: appellatione clericoz/ q etia oes constituti in minoribus ordinibus coprehedant. facit tex. in. c. ij. z q si p totu. de fo. co. Pro ista opinione facit tex. in. c. vnico. de cle. coniu. in. vj. vbi puisu e: q clericus coniugat cu vnica z virgine si tosura z vestes clericales deferat/ gaudeat priuilegio canonis z fori in criminalibus. facit fundamentu in. d. c. ij. de fo. co. qd fuit cociliale facit tex. in. c. nemo. z in. c. clericu. z in. c. continua. z q si p totu. xj. q. j. Ex quibus supradictis videtur doct. asserere: q appellatione clericoru coprehedant omes clerici etia in minoribus quo ad priuilegiu pdictu clericale. na q ad alia coprehedunt fm subiecta materia. vt in. c. cu tibi. de ver. sig. z in cle. quonia. de vita z hone. cle. Sed licet videant doctores assentire: q appellatione clericoz quo ad dictu priuilegiu clericale/ coprehedant oes clerici etia i minoribus tame volunt sentire q aliter z aliter gaudet et etia perdut priuilegium clericale. Inno. in. c. j. de apostaticis facit differentia inter clericos constitutos in sacris: z cositutos in minoribus. vbi post alias opiniones dicit. Si clericus in minoribus facit ordini cotrarium: vt quia accepit secunda vxore/ aut prima corrupta: vel fecit se milite z seuia exercuit: tunc priuatur priuilegio clericali. vt lxxxiiij. di. c. si quis clericus. sed si non fecit contrariu ordini clericali: vt q cotraxit cum virgine: nec fecit se milite: seuia non exercuit: potest viuere clericaliter/ z priuilegio clericali gaudere. vt in c. seriatim. z in. c. eos. xxxij. di. Si aut viuat seculariter tenendo taberna/ vel dimittedo tonsura. tuc ante monitione gaudebit p

uilegio canonis:sed post monitionez nullo priuilegio gaudebit. Hostié.in.d.c.de apostaticis.z in.c.ppendimus.z in.c.cũ nõ ab homine..de sen.ex.quasi videt sequi theoricã Inno.licz in dicto.c. j.de apostatic.videat tenere: q cleric9 ptrahẽs cũ corrupta gaudeat puilegio canonis.cũ nõ sit in ptãte sua tale puilegiũ renunciare.vt in. c.si diligẽti.de fo.cõ.z in.c.ptingit.de sen.excõ.Joã. an.in dicto.c.ppẽdim9.recitat.Inno.z sequit eũ.z dicit:q si clericus dimisso habitu inter bellũ/pdit puilegiũ canonis : nõ autẽ fori.nec põt pueniri corã seculari.z si cleric9 nõ dimittit habitũ: licet faciat seu committat seuia z grauia:non perdit priuilegium clericale.

¶Questio tertia.Que differentia sit inter clericos constitutos in minoribus et in sacris quo ad priuilegium clericale.

Anto.de but.facit maximã differentiã z distinctionẽ inter clericos in minorib9/z in sacris quo ad pditionẽ puilegij clericalis Nã in d.c.j.de apostatic. qsi in fine.dicit post multa: q ad hoc q pstitutus in minorib9 pdat puilegium clericale/requirunt quat9tuor.Primũ/q non incedat in habitu z tonsura:sed vt laic9.Secũdo/q ingerat se enormib9.Tertio/q in ill. se frequẽtet.Quarto/q in illis deprehẽdat/z q ad hoc vt pstitut9 i sacris pdat puilegium clericale/dicit requirunt sex.s.ista quattuor.z quintũ q sit monitus.sextũ: q post monitionẽ sit incorrigibilis. Abbas siculus.in.c.cũ non ab homĩe.z in.c.ac si clerici.de iudi.z in.d.c.j. de apostaticis.z in.c.ppendimus.de sen.excõ. vbi ipse recolligit totã istam materiã.videtur sentire: q licet opinio Anto. posset stare in priuilegio canonis:non aũt in puilegio fori. cum omnes clerici de iure quo ad forũ ante degradationẽ gaudẽt priuilegio clericali.z sic asserit etiam post predicta quattuor z sex: q clerici non possunt nec debent ante degradationẽ iudicari a secularib9 vt in.d.c.cum non homine.de iudi.z in.c.si iudex laicus.de sen. excõ.lib.vj.Joannes de Imola in.c.ex litteris.de vita et hone. clerico.facit vnam grauem differentiam inter clericos in minoribus/z constitutos in sacris quo ad priuilegium clericale.scilicz. Si clerici i minorib9 cõmittãt aliqd homicidiũ/ aut mutilationẽ z ex sãguĩe irreglaritatẽ: q tles clerici nllo gaudẽt puilegio. cle.

Quam opinionem quasi nullus doctorum sequitur:nec appro-
bat,.cum dictum.c.cum non ab homine.z alia supradicta iura
videntur expresse facere in contrariū.z sic quasi omnes doct.vi
dentur paruam differentiā facere quo ad priuilegiū clericale in
ter clericos in minoribus/z constitutos in sacris.licet oēs do
ctores in ista materia videantur in multis inter se sentire cōtra-
ria:z vt dixi a principio/etiam videantur iura diuersa z prouisio
nes contrarie.Et sine dubio in simili materia esset per doct.aut
summos pontifices in his que dubia/ aut diuersa seu contraria
videntur/danda vera z clara determinatio. cū agatur de re gra
ui z grauissima.z plures ex ista questione/q: non clare seu est ap
te decisa/oriuntur inter ecclesiasticos iudices z seculares dissē
siones z scandala.que semper sunt euitāda.vt in.c.dilecto.de sen
ten.exco.li.vj.vbi littera ait. q hi duo gladij consueuerunt exi-
gente necessitate sibi adinuicē suffragari: z iuuamē alterius sub
uenire mutua frequentius exerceri. Sed pro clariore demon-
stratione in presenti questione:salua correctione z determinatio
ne maiorum:possent omnia iura concordari. z aliquātulum opi
nio Imole/licet videatur nimis rigorosa posset sub aliqua distin
ctione sustentari.Pro cuius declaratione est premittendum : q
in ecclesia dei sunt persone ecclesiastice.

¶Questio quarta.Que dicantur persone eccle
siastice ad hoc vt gaudeant priulegio clericali.

Sunt aūt clerici diuersi ordinis z religionis qui gaudēt priui
legio ecclesiastico z clericali.nā sunt persone ecclesiastice in nul
lo ordine clericali constitute que gaudent priuilegio ecclesiasti-
co z clericali.vt conuersi penitentes/templarij/z hospitalarij.vt
xxvij.q.j.vt lex.z.xj.q.j.aliud.z.xij.q.j.duo sunt.z in.c. non dubi
um.z in.c.parochianos.z i.c.ex tenore.de sen.excō.est glo. iuxta
tex.in.c.quisquis.xvij.q.iiij.z glo.in.c.sciētia cūcti. de elec.li.vj.
Dicuntur item moniales persone ecclesiastice:z gaudent priui-
legio ecclesiastico/seu clericali.vt in .c.de monialibus. de sentē.
exco.Dicuntur nouitij in religione:licet in nullo ordine consti-
tuti etiā infra annum probationis persone ecclesiastice.vt in.c.reli
gioso de sen.exco.Dicitur enī clericus de prima corona.dicitur
clericus in minoribus.dicitur in sacris subdiaconus.diaconus.

⁊ p̄sb yter.iter ꝙs credo.salua correctiōe seu dteriatiōe maioꝝ ꝙ ad p̄uilegiū clericale ⁊ alia d iure sit maxima differētia. Sūt aūt clerici de prima tonsura ⁊ in minoribus cōiugati. et isti vt dixi si contraxerūt cum vnica ⁊ virgine:⁊ coronam ⁊ habitum clerica lē deferant.in duobus.s.canonis ⁊ fori in criminali gaudent pri uilegio clericali.vt in.d.c.vnico.de cleri.coniu.in.vj.tamen si ha bitum clericalē ⁊ tonsuram nō deferūt: aut contraxerunt cū cor rupta/seu secunda vice:ipso iure priuantur omni priuilegio cle ricali.vt in.c.vnico.de biga.li.vj. Et sic non potest sustētari opi. Hosti.cōtra Inno. ꝙ etiā bigamus gaudet priuilegio canonis. nisi vt supra dixi/factus esset religiosus.qm̄ licz non posset ꝓmo ueri/tanꝙ ecclesiastica p̄sona gauderet priuilegio clericali. Aut est clericus de prima tonsura tm̄:⁊ dico ꝙ iste talis si dimisso ha bitu ⁊ tonsura homicidiū aut mutilationē cōmittat/seu ex cau sa sanguinis vt iudex:vel al's factus est irregularis:ꝙ in continē ti est priuatus omni priuilegio clericali.vt in.ca.ex parte.iij. de priui.⁊ in.c.j. de apostaticis.vbi videtur prouisum per Alex.iij. vt si clerici relicto habitu ⁊ ordine clericali in apostasia tanꝙ lai ci cōuersantur:si in criminibus cōprehensi teneantur per censu ram ecclesiasticā non poterit liberari:ita ꝙ apparet ex ista decre tali/ꝙ clerici tm̄ de prima corona ante monitionē in isto casu pri uant omni priuilegio clericali.licet glo. velit tenere ꝙ retineat p̄uilegiū canonis. qd est īpossibile d iure.nec ista glo.nec ibi opi nio multorum doctorū eam sequentiū posset stare.s. ꝙ clericus non liberetur per censurā ecclesiasticam nec per iudicē ecclesia sticum. Et secularis eum capiens seu puniēs nō euitet cēsuras. nam tex. est in cōtrariū et etiā glo.in.d.c.ex parte.de priuile.vbi al's clerici qui dimiserunt coronā ⁊ babitū clericalem:⁊ post de lictum reassumebant: papa declarat nullo gaudere priuilegio clericali.hoc idem voluit determinate tex.in.d.c.j. de apostati cis.nam al's sequeretur maximū incōueniens ⁊ contra alia iura disponētia in cōtrariū. nam si talis clericus nō repetitur p eccle siasticum.⁊ secularis nō posset euz detinere nec punire:remane ret delictum impunitū. qd iura hic abhorrent.vt in.c. vt fame. de senten.excō.nam cui dubium vbi clericus gaudet priuilegio clericali:nisi ꝙ datur facultas iudici ecclesiastico clericū repetē di.vt in.c.si iudex laic⁹.de sen.excō.li.vj.vbi ait Jo.an.in nouel la. ꝙ immo inuito clerico iudex ecclesiasticus tenetur eū repe

tere. hoc tenet Inno. in. d. c. vt fame. facit tex. in. d. c. si diligẽt de fo. com. ꝛ in. c. placuit. ꝛ in. c. inolita. xj. q. j. vbi si clericus i cri minali seu ciuili trahatur sponte corã seculari debet per ecclesia sticum ad suũ iudicium reuocari ꝛ puniri: quia ꝯsensit in iudicẽ secularem: ita ꝙ est necesse vt iura iuribus concordentur facere differentiam inter clericos coniugatos. vt. s. ꝛ inter clericos tm̃ de prima tõsura/ seu ꝯstitutos in minoribꝫ et ꝯstitutos in sacris.

¶ Questio quinta. In quibus ꝛ quãdo clericus de pri ma corona gaudeat priuilegio clericali: ꝛ an prima co rona sit ordo clericalis.

Videlicet ꝙ si clericus de prima tonsura tm̃/ non beneficia tus: demisso habitu clericali ꝛ tonsura: nõ a casu aut ad aliquod inconueniens euitandum. vt in cle. ij. de vita ꝛ hone. cle. Sed vt ait Innoc. factus est miles /aut alia negocia assumpsit/seu of ficium contrariũ clericatui: ꝙ iste talis sine alia monitiõe vt me rus laicus priuatur omni priuilegio clericali: ꝛ potest capi ꝛ pu niri sine metu excõmunicationis a iudice seculari. vt in. d. ca. ex parte. de priui. ꝛ in. d. c. j. de apostaticis. Nam licet tex. in. c. cum cõtingat. de eta. ꝛ quali. videatur p̃suppõere ꝙ in prima corona cõferatur ordo: fm omnia iura in isto casu loquentia prima co rona sine alijs minoribus non est. nec dicitur proprie ordo cleri calis. Nã cleric⁹ tm̃ de prima corona nullũ in ecclesia dei habet exercitiuꝫ seu officiũ sibi deputatũ: sicut omnes alij in minorib⁹ et alijs ordinibus constituti. vt in. ca. accolitus. cum alijs quat tuor sequẽtibus. xxiij. dist. Nam ibi in. d. c. accolitus. concilium Carthaginẽ. disposuit vt accolitus cũ ordinat̃ ab episcopo qui dem doceatur qualiter in officio suo agere debeat. et ab archi dyaco. accipiat ceroferariũ cũ cereo. et etiã accipiat vrceolũ va cuum ad suggerendũ vinũ in eucharistiaꝫ sanguinis christi. in. c. exorcista datur sibi onus imponẽdi manum super baptisato. i. c. lector. datur sibi liber vt sit relator verbi dei. in. c. ostiarius. dan tur sibi claues rerum sacrarũ. Clerico autẽ de prima tõsura nul lum officium aut exercitium in ecclesia dei a iure sibi dat̃. Ideo non potest proprie dici ordo. Ita tenet magister sentẽtiarum in iiij. xxiij. di. vbi postq̃ nominauit septem ordines supradictos. ait. Corona enim signaculum est quo signantur in partem sor

tis ministerij diuini. Ita tenet expresse ꝙ non sit ordo corona beatus Thomas in summa .iij. partis. q. xxxv. articu. ij. Pro cuius fundamento allegat supradictam rationem. tenet hoc expresse ꝙ non sit ordo in eadem .iij. parte. q. xl. arti. ij. Pro cuius corroboratione ait: ꝙ corona habet vlterius aliquod speciale quod ei respondet sicut signatum signo: sed hec non est aliqua specialis potestas: et ideo in corona nō imprimitur character. nec est ordo etc. et sic Hieronymus scribens ad suum leuitam. vt translatum est in. c. duo sunt. xij. q. j. videt presupponere: ꝙ corona in capite ab institutione ecclesie fuit vt sit signum clericatus. Ita videtur ꝙ corona sit ianua ordinum: et ostendat clericum et intentionem recipientis coronam esse clericandi. licet ipsa per se proprie non cōtineat ordinem nec exercitium ordinis. vt supra. hoc probat tex. in. c. j. xxv. dist. vbi sanctus Isidorus scribens ad Ludifredum officium episcopi et ceterorum in ecclesiā dei ponit. s. ostiarium: exorcistam/ accolitum/lectorem/subdyaconum/dyaconū. et presbyterum et episcopum. Inter quos non ponit clericum de prima corona vt dixi. quia nullum habet in ecclesia dei a iure exercitium. facit bene tex. ad hoc ꝙ non dicatur proprie ordo prima tōsura. in. c. cleros. in prin. xxj. di. vbi littera ait: Generaliter clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia christi deseruiunt. suorum gradus et nomina sunt hec. Ostiarius/ psalmista/lector/exorcista/accolitus/subdyaconus/presbyter/episcopus. et sic īter istos non numeratur clericus tm̄ de prima corona. cum nullum exercitium a iure in ecclesia christi censeatur habere: nec proprie ratione ordinis dicatur clericus/ sed tm̄ videatur habere signū clericatus et profiteri velle ad clericatum et ordines per coronam venire. Pro ista opinione facit textus in. c. degradatio. de penis. libro. vj. ibi. raditur caput illius seu tondetur: ne tonsure seu clericatus vestigiū remaneat: ita ꝙ corona videtur vestigium clericatus. id est signum clericatus. ita dicit Joannes andree in dicto capitulo. degradatio. facit pro ista opinione textus in. §. ne vero. xj. q. j. vbi littera ponit expresse qui proprie appellatiōe clericorū comprehendantur. inter quos non ponitur clericus de prima corona tm̄. ita ꝙ mlti sācti patres videnť tenere: ꝙ pma corona nō sit ordo: et etiā omēs sancti doc. hoc vt. s. affirmāt. et vt ait tex. xxj. di. in sūma. et glo. qūtū ad sacrā scripturā exponēdā pualet sctōr auctoritas. qūtū aūt ad causas diffiniēdas pualz auctoritas

romanorum pontificū. Sed hic/ꝙ non sit ordo/fuit auctoritas multoꝝ sanctoꝝ/⁊ multoꝝ pōtificū:licꝫ solus Innocētius q̄rtus in.d.c.cum contingat.de eta.⁊ quali.voluit dicere/ꝙ prima tonsura sit ordo.quod vt possit saluari/debet intelligi ẜm alios pōtifices ⁊ doctores sanctos. Ita clare constat:ꝙ clericus de p̄ma corona nō dicatur constitutus in aliquo ordine proprie/in quo imprimatur character: sed potest dici sic in ordine clericali.s.in statu seu ꝓfessiōe clericali.⁊ sic debet intelligi.c.j.de apostaticꝭ: vbi ordine dimisso.s.ordine pro religione clericali. Nam vt dixi/ largo modo assumitur ordo in clerico de p̄ma tonsura pro alio q̄ꝫ pro vero ordine clericali:vt in aliis multis assumitur ẜm subiectam materiam.vt in.c.cum ordinem.de rescrip.⁊ in.c.constitutionē.de regu.in.vj.⁊ in cle.eos.de regu.vbi assumit̉ ordo pro religione.imo inter seculares datur ⁊ dicitur de iure ordo.vt in c.si quis deinceps.xvij.q.iiij.vbi littera inter alia dicit/cuiuscūq ordinis laicorū.quod debet intelligi.s.ordinis.i.status seu professionis laicorum.⁊ sic non videtur inconueniēs/ꝙ isti tales cōstituti tm̄ in prima corona/⁊ etiam in minoribꝫ:qui non compelluntur viuere clericaliter: sed possunt contrahere matrimoniū/ et viuere laicaliter:faciliter perdāt priuilegiū clericale.sicut nouitij stantes in religione:qui vt dixi/infra annū probationis licꝫ meri seculares gaudent priuilegio ecclesiastico ⁊ clericali:⁊ deposito habitu religionis:ad habitum suū redeuntes : tanq̄ꝫ meri laici/nulla monitione premissa/facti sunt de iurisdictiōe seculari. Quod idem est:⁊ eadem ratio militat in clerico in minoribꝫ et maxime in clerico de prima tonsura tm̄.qui si ex deliberatiōe/ et non a casu coronā ⁊ habitū clericalē dimittit : quia videt̉/ vt dixi/profiteri nolle/stare/neqꝫ ascēdere ad verū clericatū:vt laicus remanet/perdito omni priuilegio clericali sub iurisdictione seculari.vt in.d.c.j.de apostaticꝭ.⁊ in.d.c.ex parte.de priuile.q̄si hoc videtur sentire Io.an.in nouella.in.d.c.vnico.de cleri.coniuga.in.vj. Nam al's si aliquis vellet tenere opinionē glo. de di. c.j.de apostaticis.⁊ doctorum illam sequentium:ꝙ iudex secularis non habeat iurisdictionē in clericū apostatam homicidā. vt in.d.c.j.solum propter detentionē iudex secularis incurreret censuras ⁊ excōmunicationē.vt in.c.nuper.de sentē.excō.⁊ tunc iudex ecclesiasticus/vt de iure tenetur/etiam iuncto clerico fecisset repetitionem.vt in.c.si iudex laicus.de sentē.excom.li.vj.

q̄ multū facit pro ista opiniōe: licʒ doctores aliqui allegēt ꝑ par te contraria. Nam ibi dicit littera: si clericus delinquens est ta lis qui debeat gaudere priuilegio clericali: q̄ tūc habet locū re petitio. ergo ecce littera que presupponit q̄ sunt aliqui clerici q̄ non gaudent priuilegio clericali: neqȝ debent repeti per ecclesia sticum: etiam si detineantur apud secularem. Nam hoc non po test intelligi de clericis in sacris constitutis: qui ante degradati onem realem vel fictam a iure vel ab homine que fit contra ab sentem/gaudent priuilegio clericali. vt in. d. c. cum non ab homi ne. de iudicijs. ꝛ in. c. nouimus. de ver. sig. neqȝ potest intelligi de clericis in minoribus deferentibus habitum ꝛ tonsuraʒ. quia ta les gaudent priuilegio clericali. vt in. di. c. cum non ab homine. ꝛ in. d. c. ij. de foro com. ꝛ in locis preallegatis. neqȝ proprie habʒ locum in clerico bigamo. vt refert glosa in. d. ca. si iudex laicus. nam bigami non proprie appellantur clerici. vt in. d. c. vnico. de bigamis. in. vj. ergo est necesse littera intelligatur de clericis in minoribus: maxime de prima corona tm̄/coronam neqȝ habituʒ clericaleʒ deferētibus. in quibus de iure nulla est necessaria de gradatio. quia dum coronam ꝛ habitū clericalem ex deliberati one dimittunt et negocijs secularibus se immiscent: a iure ha bentur pro degradatis. vt in. d. c. ex parte. de priui. ꝛ in. c. Joan. de cle coniu. Nam ita loquitur. c. degradatio. de penis. in consti tutis in minoribus deferentibus habitū ꝛ tonsurā. Nā licet pri uilegium clericorū in minoribus ad alia se extēdat: quoniā priui legium coniugatorū nihilominus eoꝝ priuilegiū seu prerogati ua consistit sicut in coniugatis in delatione habitus et tonsure. Cum vt dixi nec coniugati neqȝ non coniugati constituti in mi noribus si non sunt beneficiati/aut volunt retinere beneficium non compelluntur viuere clericaliter. sed ad sui libitū habitum ꝛ tonsuram possunt dimittere: ꝛ cum his per consequens priuile gium clericale renunciare. vt in. d. c. vnico. de cleri. coniu. ꝛ in. d. c. Jo. ꝛ in. c. si qui vero. ꝛ in. c. seriatim. ꝛ in. c. lectores. xxxij. di. fa cit tex. iuxta. glo. in. c. tue. de apost. vbi clerici apostate velint no lint compelluntur in habitu ꝛ corona: ꝛ alijs viuere clericaliter vbi glosa ꝛ doctores intelligunt. hoc habet veruʒ in constitutis in sacris. qui licet velint non possunt relinquere ordinē neqȝ ha bitum clericalē. vt in. c. decernimus. xxviij. di. ꝛ in. c. j. qui clerici vel vouentes. ꝛ in locis preallegatis. neqȝ obstat. c. clericus. in. j.

z.ij.de vita z honestate clerico. vbi prohibetur ne clericus nutriat comam aut barbā. Nam intelliguntur in constitutis in sacris aut in beneficiatis/seu in minoribus volētibus in ecclesia dei in officijs suis ministrare. Ita videtur puisum in.c.non licet.xxiij. dist.ita intelligitur.c.clerici.in.ij. de vita z honesta. clerico. quia presupponit in littera ibi:q coronā et tonsuram habeant congruentem: z se in officijs ecclesiasticis z alijs bonis studijs exerceāt diligēter.ita q psupponitur q loquatur d in sacris aut in minoribus beneficiatis:qui in ecclesia christi debent sua officia exercere. Nec obstat.c.eos.x.q.iij.vbi clerici prohibētur habitū clericalem z coronam dimittere. nam Inno.asserit de necessitate habet locum in constitutis in sacris. nec obstat quo ad priuilegiū clericale.c.j.z.ij.z quasi per totum.de foro compe.nec.c.venio. §.clericum.z quasi per totum.xj.q.j.vbi vt dixi a principio/prouisum est: q clerici nullo modo sint conueniendi coram iudice seculari:quod debet intelligi de clericis in minoribus deferentibus habitum z tonsuram/aut de constitutis in sacris.qui non ita de facili:nec est vt in alijs in sua potestate/habitum et coronam dimittere: nec priuilegium clericale renunciare.vt in.c.si diligenti.et in.c.significasti.de foro compe.et in.c.contingit.de sententia excommu.z in istis habet locum.c.si vero.in secundo. de sententia excōmu. Nec obstat.c.ex litteris.de vita z honest. cleri.nam etiam loquitur in constitutis in sacris. et loquitur in alio q in puilegio fori z canonis. nō obstante auc.presbyteros. C.de epi.z cleri. q:loquunt in alio q priuilegio fori z canonis. nec obstat.c.vnico.de vita z honesta.clerico.lib.vj.vbi si clerici ioculatores aut buffones stant per annum in illo exercitio/ aut sunt ter moniti ante annum q ipso iure perdunt priuilegium clericale. Nā Ioan.an.:oi in nouella vult sentire:q loquatur in cōstitutis in sacris.z allegat.c.cum decorem.de vita z bone.cleri. hoc probat littera in dicto.c.vnico ibi in princi.in parte.qui clericalis ordinis dignitati zc. Dignitas ordinis intelligitur in cōstitutis in sacris.vt in.c.denique.iiij.dist.sed ego credo text⁹ in dicto.c.vnico.de vita et honesta.cleri.magis proprie loquatur in constitutis in minoribus deferentibus habitum et tonsuram. in quorum opprobrium clerici tales similia exercent.z sic post annum/vel ante trinam monitionem perdunt priuilegium clericale.z iudices ecclesiastici possunt istos tales vt non deferant ha

bitum neq; coronam excommunicare. vt in dicto. ca. vnico. de bigā. in. vj. qd secus esset in constitutis in sacris: qui ante degradationem etiam post delictum/ licet graue cōpelluntur viuere clericaliter. vt in. d. c. tue. de apostaticis. z. c. j. qui clerici vel vouentes. z iura sunt vulgaria. Neq; obstat cle. j. de vita z honesta. clerico. et alia multa iura vbi requiritur trina monitio. Nam licet glo. vadant variando de necessitate: predicta iura sunt intelligēda vt intellexit dominus Zambarellis ibi in dicta clemen. in. ij. colum. in clericis constitutis in minoribus: coniugatis/ seu non coniugatis. vt supra dixi: deferentibus tonsuram z habitum clericalem: exercentibus tabernā et macellum et similia: que repugnant statui clericali. z volentibꝫ gaudere in suis exercitijs z aliis: cūm in similibus semper occurrunt lites z alia omni die z hora in preiudicium seculariuꝫ priuilegio clericali. Ideo iuste prouisum est: attento ꝙ etiam si male z prohibita a iure similia exercendo faciant: non videntur grauiter delinquere neq; incurrere perpetuam inhabilitatem seu irregularitatem/ vt ter moneātur anteq̃ perdant priuilegium clericale. Nam ал's si ista trina monitio habuisset locum in homicida seu ex sanguine irregulari: satis esset mirandum de quo vel quando deseruiret dicta trina monitio. cum talis homicida ante aliquam monitionem esset de iure incarcerandus/ aut acrius puniendus. vt latius dicam in articulo de constitutis in sacris. Et etiam predicta iura possunt habere locum: vt de proximo dixi in clericis coniugatis/ aut non coniugatis deferentibus habitum z tonsuram: qui ante monitioneꝫ si deprehendantur in homicidio vel simili/ ꝓ illa prima vice gaudent priuilegio fori z canonis. vt in. d. c. cum non ab homine. de iudicijs. z in. d. c. si iudex laicus. z in locis preallegatis.

¶Questio sexta. An z quando papa dispensat cōtra apostolum: z cum bigamo: z ex sanguine irregulari.

Licet in posterū salua determinatione maiorū credo de iure isti tales facti ex cā sanguinis irregulares vt bigami nullo gaudeāt ꝑuilegio cle. cū post irregularitatē nll'a ē spes ꝙ di iure possint

pmoueri in sacris:neqꝫ in ecclesia christi in officio suo seu exerci-
tio amplius ministrare:cuius causa ⁊ pretextu ante irregularita
tem gaudebunt priuilegio clericali. ⁊ sic cessante causa/cessat
effectus. vt in.c.cum cessante.de appel.⁊ sic ne in merito/si opi-
nio Jmole teneat vt vera: ⁊ tanq̄ talis possit:licꝫ sub alia distin
ctione sustētari:vt irregulares ex causa sanguinis/vt inhabiles
ad sacerdotium ⁊ clericatum/⁊ tanq̄ remanentes sine spe ascen
dendi ad presbyteratum ⁊ sacerdotiuꝫ/vt dixi:sicut bigami nul
lo gaudeant priuilegio clericali.vt in.d.ca.vnico.de biga. in.vi.
Facit pro ista opinione tex.in.c.maritum.xxiij.dis.vbi sctūs Gre
gorius equiparat quo ad inhabilitatem bigamiam ⁊ irregulari
tatem.Facit glo.iuxta textum in.c.Jo.de cle.coniu.vbi glo.ait
ꝙ coniugatus/qui caret spe redeundi ad clericatum/nullo gau
det priuilegio clericali.quod debet intelligi/vt dixi in bigamis/
aut ex sanguinis irregularitate.cum quibus/vt promoueantur
in sacris/papa non consueuit dispensare. Necꝫ obstat/si aliquis
diceret/ꝙ magis sit spes de dispēsatione cum irregulari/q̄ cum
bigamo:q: s̄m aliquos cum bigamo/vt promoueatur ad sacros
papa non potest dispensare.quia prohibitio/ne bigam⁹ pmouea
tur/facta est per Apostolum : ⁊ non de irregulari.vt in.c.super
eo.de biga.⁊ in.c.cognoscam⁹.⁊ in.c.si quis viduam.⁊ quasi per
totuꝫ.xxxiiij.di.vbi videtur in bigamo facta prohibitio per Apo
stolum.Sed hoc non obstante/de iure ita papa potest dispensa
re cum bigamo/vt promoueat in sacris.s.in subdiaconatu/sicut
cum irregulari.vt; in.c.lector.xxxiiij.di. Nam papa potest dispē
sare contra Apostolum/quando loquitur ex se/⁊ non vt euange
lista interpretatiue/⁊ ex reuelatiōe diuina.vt in.c.presbyter.lxxxij
dis.vbi concilium dispensat contra Apostolum. ⁊ in.d.c.sup eo.
de biga.⁊ in aliis locis.Sed sedes apostolica non debet nec cō
sueuit dispensare/vt bigami promoueantur in sacris:neqꝫ ex cau
sa sanguinis irregularis.vt in.d.c.super eo.de biga.⁊ in.c.nō cō-
fidat.l.di.⁊ in.c.sicut dignum.de homici.⁊ in.c.j.de conse.di.j.et
in.c.j.xxiij.q.viij.vbi iura ⁊ doctores dicunt : in istis papa nō cō
sueuit neqꝫ debet dispensare.ita tenet Spec.ad plenum in ti.de
dispensatione.in.§.iuxta.in ver.quando autem.⁊ in.§.nunc bre
uiter.in versu qnito. Jta videtur de iure/ꝙ per supradicta neqꝫ
de bigamo/neqꝫ de ex sanguine irregulari sit spes ascendendi ad
sacerdotium:cum spes de istis consistat solum in volūtate ⁊ de-

creto summi pōtificis: que videntur ita sine spe sicut de re impos sibili. Nam ea que consistunt in sola voluntate principis/de iure dicūtur impossibilia. vt in. l. apud iulianum. in. §. constat. ff. de le. j. ꝛ in. c. felicis. de penis. libro. vj. in parte nulla porta. et in locis preallegatis. cuius causa. ne in merito/si ex sanguine irregulares nullo priuilegio gaudeant clericali: nisi postq̄ papa cum similibꝫ dispensasset: vt promouerēt/aut beneficia retinerent/seu de nouo haberent. vt in dicto. c. Joh. ꝛ in locis preallegatis. Et sic ex supradictis apparet/ꝙ clerici in minoribus/ꝛ maxime de prima corona tm̄ coniugati ꝛ non coniugati: qui non a casu/sed ex deliberatione coronam ꝛ habitum deposuerūt: ꝛ nullum beneficiū obtinent: ꝛ tanq̄ seculares imiscent se negocijs secularibus: ꝙ nulla monitione neq̄ degradatione de eis facta nō gaudent in aliquo priuilegio clericali. quod videtur satis equum ꝛ iustum: quia alias tota iurisdictio secularis esset illusa ꝛ exclusa per coronam clericalem in criminalibus: cum hodie quasi nullus est cōiugatus ꝛ non coniugatus: qui non sit de prima corona: ꝛ multi cum hoc intento/vt in criminali sint exempti a iurisdictiōe seculari. quod non fuit intentio pontificum/ꝛ iurium conditorꝫ/isto modo impedire iurisdictionem secularem. vt in. c. dilecto. d sen ten. excommunica. in. vj. ꝛ in. c. nouit. de iudicijs. ꝛ in. c. ex tenore. de foro compe. ꝛc.

¶ Questio septima. An de iure detur certus ꝛ determinatus habitus clericalis: ꝛ qualis.

Sed quia omnia iura supradicta faciunt maximū fundamē tum quo ad priuilegium in habitu clericali: queri potest an de iure detur certus ꝛ determinatus habitus clericalis: quia glo. in clemē. j. de electio. ꝛ in alijs locis: ꝛ doctores plures videtur dicere/ꝙ habitus clericorum non est certus neq̄ determinatus. quod debet intelligi/ꝙ non est certus neq̄ determinatus: sicut habitus cuiuscūq̄ religionis: qui in omnibus/ꝛ per omnia in q̄cunq̄ religione est ita certus ꝛ determinatus: intantū ꝙ omnes fratres illius religionis in habitu sunt/ꝛ debent esse sine aliqua differentia conformes. vt si sunt fratres sancti Augustini eiusdē regule ꝛ professionis: omnes habent ex camisia vsq̄ ad zonā habitum in vestibus ꝛ colore determinatū. Similiter fratres san

cti Dominici: et fratres sancti francisci: et fratres aliarum religio
num. ita q omnes fratres vnius religionis et professionis in ha
bitu et colore non differunt. quod secus est in clericis secularibus/
qui vtuntur diuerso habitu et colore. Nam vnus induitur de ni
gro: alter de griso: alter de paunazo. Et sic non est de iure in co
lore et forma restricta habitus clericorum certus et determina
tus: licet de iure dicatur satis habitus clericorum certus et deter
minatus: ad hoc/ q cognoscantur et distinguantur clerici a laicis.
Nam primo et ante omnia habitus clericorum debet esse talaris.
et in. c. penul. xxiij. di. hoc refert glo. in cle. quoniã. de vita et ho.
cle. non debet esse inhonesti coloris. vt in. c. percepimus. xxi. q. iiij.
neque inhoneste forme. vt in dicta cle. et in. c. penulti. de vita et ho.
cleri. taliter q habitus clericorum debet esse honestus: et talis/
q clericus sit notus inter seculares. vt in. c. nullus eorum. et in. c.
episcopi. xxi. q. iiij. et in locis preallegatis. et sic satis videtur de iu
re prouisum de habitu clericorum/ et de eius honestate et certitu
dine: licet non secundum habitum religionis/ vt supra. Sed an omnes
presbyteri et sacerdotes in curia romana/ vbi iura condita sunt/
deferãt/ vt iuris est/ habitum clericalem: ipse summus iudex iu
dicabit. Et sic ex supradictis remanet expeditum/ an et qñ clerici
coniugati/ et clerici in minoribus/ et de prima corona tñ nõ côiu
gati debeant gaudere et non gaudere priuilegio clericali.

¶ Questio octaua. An et quãdo constituti in sa
cris gaudẽt priuilegio clericali: ad hoc q nõ
possint puniri p seculares.

Nunc autem restat videre de constitutis in sacris. s. de psbyte
tero/ et diacono/ et subdiacono. Nam licet in pmitiua ecclesia eẽt
subdiaconus: non tñ erat prout hodie est subdiaconatus ordo
sacer. vt in. c. a multis. de eta. et quali. et etiam de istis constituti
in sacris fuit maxima differentia inter doctores: vt dixi a princi
pio: maxime secundum Anto. et Abba. Nã secundum Anto. in. d. c. j. õ apo sta.
ad hoc q constituti in sacris perdant priuilegium clericale: ait
requiruntur sex: vt dixi supra. Abbas siculus in. c. cum non ab ho
mine. et in. c. at si clerici. de iudi. et in. c. perpẽdimus. de sen. excom.
doctores assignata / τ renũciatio imperatoris τ regum illorum priuilegiorum: qui vt presumitur dicta priuilegia obtinuerunt ex maxima eorum potentia/τ ex necessitate in qua erant ecclesia stici. Sed vt dico: stantibus premissis τ iuribus vt stant in suo vigore hodie: de iure principes seculares nullum ius prouiden di de beneficijs/ aut consentiendi in promotionibus seu electio nibus metropolitanarum cathedraliũ τ collegiatarũ habent: ni si ex earum fundatione τ dotatione obtinerent ius patro. cuius causa possent habere vna cum canonicis vocẽ in electione eligẽ dorum. vt in. c. nobis. de iure pa. τ in. c. hic etiã. xvj. q. j. vbi videtᷣ cõcessum regi Francie ratione fundatiõis monasterij: vt vna cũ monachis eligat abbatẽ. Vnũ tamen credo: si hoc cõceditur fun datori ecclesiarũ/ ꝙ a fortiori debet hoc τ magis cõcedi regi seu principi recuperanti ciuitates τ loca proprio sanguine τ labore de manibus infideliuȝ τ tyrannorum. cum longe magis pium et meritorium sit quo ad ecclesiam militantem τ triumphantẽ: ter ram de manibus infidelium recuperare: vt in. c. ex multa. quasi in fine. τ in. c. licet. de voto. τ vbi erant mesquite. de licentia pon tificũ τ prelatoꝝ ecclesias edificare. τ vbi erant albages seu alfa quini sacerdotes falsi. τ pro saluatione animarũ imperfecte orã tes: sollicitare vt sint veri sacerdotes dei pfecte orãtes: τ p saluati one animarũ baptismũ τ alia sacramẽta necessaria ministrãtes: τ cultũ diuinũ tã vbi non erant exercentes τ augmẽtantes/ ꝙꝫ in ter christianos monasteria τ ecclesias. vt in. d. c. hic etiam edifi cantes. nam non obstãtibus iuribus allegatis: potest de iure et maxime ex ꝑuilegio papali dari forma: ꝙ etiã in metropolitanis. τ cathedralibus τ alijs elegibilibus cadat ius presentandi. videli cet: si procederetur vt iuris est per decanũ τ capitulũ ad electio nem: reges seu prĩcipes possent duos aut tres decano τ capitu lo presentare/ vt vnum de his eligerent in prelatum. nam vt di xi/ de iure communi talis presentatio duorũ aut triuȝ posset sta re. vt in. c. ꝙ autem. τ in. c. cum autem. de iure patr. vbi datur lo cus accumulatiõi de duobꝰ successiue. ergo a fortiori a prin. et vt dixi/ hoc potest sine dispẽsatione a pontifice ex priuilegio cõ cedi. cum isto modo sit vera electio: quando non restringitur vt supradixi in vnum tm̃. vt in act. apostolorum. c. j. vbi apostoli sta tuerunt duos: scilicet Ioseph / τ Matthiam: vt vnus de istis licet per sortem eligeretur in apostolũ τ episcopuȝ. τ fuit licet ꝑ

sortem electus Matthias. et isto modo possunt principes non solum habere vocem vna cum eligentibus: sed etiam possunt eligentes presentare/ aut electiones hodie non habent locum per regulas cancellarie siue ex alia cõstitutione papali. quia papa sine nominatione seu electione a capitulo facta / de metropoli et cathedralibus cum collegio cardinalium prouidet. et tunc satis est regi patrono vnum idoneum pontifici presentare/aut pro tali supplicare. Sed si reges aut principes/seu domini tẽporales: ex edificatiõe/dotatione/seu ex recuperatiõe ciuitatũ et locorum de manibus infideliũ nõ habent ius presentãdi:aut vna cum canonicis eligẽdi in puisionibus ecclesiarũ metropoli. et cathedralium/ nõ tenet papa de iur cõmuni ɔsensum regũ seu dñorũ tẽporaliũ spectare.qr puidẽ iure pprio et nõ iure alior. et vt dixi/ in his puisionibus hẽt liberã facultatẽ. et sic libere sine ɔsensu secularium puidere põt. licet vt satisfaciat deo et cure vniuersali quã habet debet multum curare/vt puideat magis principaliter ecclesie q̃ persone et de persona habili que possit stare sine suspitione et scandalo dominorum temporaliũ. Nec valet consuetudo ex se tñ in aliis casibus q̃ a iure pmissis: q̃s tẽporales vellent allegare. vt in. c. cum terra. et in. c. massana. et sacrosancta. de elec. et in. c. fi. de consue. et q̃tum antiquior quia magis nociua minus obseruanda. vt in. c. ecclesie. de simonia. et in. c. mala. et quasi per totũ. viij. di. immo summi pontifices vniuersalem libertatem ecclesie etiã si vellent/ non possent renunciare. vt in. c. certũ. et in. c. imperiũ. x. di. et in. c. q̃ periculosum. vij. q. j. et ibi per doctores. nam non secularibus de spiritualibus a deo data est cura. vt in cle. pastoralis. in pnci. de re iudi. et in. c. ecclesia sancte Marie. de consti. et in c. bene q̃dẽ. xcvj. di. et in. c. significasti. de ele. et in. c. solite. de ma. et obe. et in. c. per venerabilem. q̃ fi. sint legi. sed Petro et successoribus. cũ magister et redemptor noster Petro ait. Joan. xxj. pasce oues meas. qd est translatum in dicto. c. significasti. et in. c. solite. nam ipse saluator noster summũ pontificem pastorem constituit super familiã suam. de cuius manibus curã ecclesiarũ et prelatorum et animarũ requiret. nam de eo scriptũ est per Ezechielẽ. q si speculator viderit gladium venientem et non insonuerit buccina: et populus non se custodierit: veneritq̃ gladius et tulerit de eis animam. ille quidem in iniquitate sua captus est: sanguinẽ aũt eius de manu speculatoris requirã. quare summus põtifex nec requiratur

ab eo sanguis condemnatorũ nimis vigilare compellitur: et buc cinam sonare: vt subditi nõ pereant: et sathanas victoriã cõtra eũ in ouibus sibi cõmissis nõ habeat: et vt bonus pastor a magistro et redẽptore nostro mereatur audire. Euge serue bone et fidelis quia in pauco fuisti fidelis/supra multa te constituã. intra in gaudium domini tui. ad quod gaudium nos perducat ipse redẽptor noster qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Questio. xv. An possit aliq̃s sepeliri in ecclĩa: et si potest: an potest sepeliri prope altare.

Et primo dicendum est: q̃ de iure statutũ est/q̃ omnis ecclĩa cathedralis habeat p̃ cimiterio. xl. passus/et alie minores ecclie xxx. vt in. c. sicut antiquitus. et in. c. si quis contumax. et in. c. quisquis. xvij. q. iiij. et p̃ncipaliter et causa final' fuit: vt corpora catholicorũ i cimiterio sepelirẽtur. hoc ait Inno. in. c. abolende de sepul. dicens: q̃ sepulture ordinarie debent esse prope ecclesiam et in cimiterio. hoc videtur prouisum in. c. nullus. xiij. q. ij. vbi litera in principio ait. Nullus mortu⁹ intra ecclesias sepeliatur: nisi episcopi/aut digni presbyteri/et fideles laici. s. nimis deuoti et quasi sancti: ita q̃ ordinarie et regulariter cõmunis ordinaria sepultura defunctorum debet esse circa ecclesiam in cimiterio. vt in. c. fraternitatem. et in. ca. finali. de sepultu. et in cle. j. iuncta glo. e. ti. ita sentit Hostieñ. in sum̃a. in ti. de sepul. in. §. j. ibi vi. q̃d sit sepultura. vbi ait. Q est locus concauus in ecclesiastico cimiterio factus: in quo corpus catholici quiescit. Nam licet pluries dicatur in iure: q̃ catholici sepeliantur in ecclesijs patrum seu maiorum suorum: intelligitur de eodẽ iure in cimiterijs eccclesiarũ. vt in. c. cũ grauia. iuncta glosa. xiij. q. ij. et iura sunt vulgaria. quia cimiteria reputantur/et consecrantur/et reconciliantur vt ecclesie. vt in. c. consuluisti. de consecra. eccle. vel altaris. et in. d. c. sicut antiquitus. et. c. quisquis. xvij. q. iiij. Sed posito/vt in dicto. c. nullus. xiij. q. ij. q̃ ex dispensatione iuris episcopi/abbates/aut presbyteri et fideles laici possunt intra ecclesiam sepeliri: nunq̃d videtur propter hoc de iure concessũ/et q̃ data sit tãta licentia et facultas: vt oẽs abbates/oẽs p̃sbyteri/oẽs catholici seculares possint intra ecclesiam et prope altare sepeliri. absit.

nam hodie esset satis speculandum/disputandum/ꝛ maxime ad pertendum:qualis abbas/quis presbyter/ aut quis laicus intra ecclesiā sepeliri possit ꝛ deberet.Et facta discussione difficiliter temporibus nostris reputarētur multi qui intra ecclesiam iuste potuissent ꝛ debuissēt sepeliri : quāto magis ꝑpe altare vbi sunt reliquie sanctorum : ꝛ qd̄ magis est vbi corpus christi quotidie cōsecratur:qui magister ꝛ redemptor noster est dominus ꝛ creator sanctorū ꝛ omniū rerū. cuius reuerentia ꝛ intuitu sancti patres in cōsilijs suis statuerunt ꝛ decreuerunt : vt cadauera fidelium prope altare non sepeliantur.vt in.c.percipiendū.in.§.infra ecclesias.xiij.q.ij.nam laici viuentes / secus altare dum diuina cantantur/aut corpus christi cōsecratur stare non debent. vt in.c.j.de vita ꝛ ho.clerico.ꝛ in.c.sacerdotū.de cōse.di.ij.q̄to magis cadauera hominū fetida ꝛ putrida/prope tantū sacramētum collocari non debēt.nam sacra vasa non ab alijs q̄ a sacratis debent cōtrectari:ne pro talibus presumptionibus domin⁹ iratus plagas imponat populo suo:ꝛ hi qui nō peccauerūt pereāt, vt ait tex.in.c.in sancta.de conse.di.j.nec etiam est ꝑmissum secularib⁹:sacrariū vbi vasa sacra ꝛ reliq̄e sanctorū sūt intrare.vt l c.non oportet.ꝛ in.c. non licet cuilibet.xxiij.dis. ergo si de iure videtur presumptio periculosa pro populo:vt seculares vasa sacra tangant/aut intrent sacrariū:q̄nto magis indignabitur de⁹. vt prope sacrum altare ꝛ ipsius corpus domini sacratū cadauera mortuorum sepeliātur. qd̄ nullo pacto iuste ꝛ iuridice ꝛ sine crimīe ac sine periculo populi ne ipse de⁹ irascatur fieri potest: nec a prelato similia permitti sine lesione conscientie.

¶Questio.xvj.An iudei teneantur tempore quo celebrantur diuina excludi ab ecclesia.

Et breuiter dicendū est : q̄ de iure sunt excludendi ab ecclesia.vt facit tex.in.c.cleros.in fi.xxj.di.ꝛ in.c.perlectis . xxv.di.in §.j.in vtroq; loco videtur de officio ostiarij.vbi litera in.d.§.ait. Ad ostiariū nanq; pertinent claues ecclesie vt claudat ꝛ aperiat templum dei/omniaq; que sunt intus ꝛ extra custodiat/ fideles recipiat/excōmunicatos ꝛ infideles excipiat.ita q̄ ostiarius debet infideles.s.iudeos/hismaelitas/agarenos ꝛ gentiles seu paganos:etiā christianos excōmunicatos ab ecclesia dū celebrāt

diuina excludere. nam si christianis non licet in temporalib⁹ cū iudeis cōmunicare. vt in .c. nullus. ꝛ in .c. omnes .xxviij. q. j. in pn. vbi in cōcilio agathaneñ. decretum est: vt christiani iudeis non cōmunicent. ꝛ in .c. ꝙ sit. de iudeis. quanto magis non debēt sacerdotes ꝛ ipsi fideles christiani in officijs diuinis/ ac sacramentis cū iudeis interesse nec participare. Nā non solū non est celebrandū/nec diuina sunt dicēda in p̄sentia infideliū viuorum: sed neqꝫ mortuorū. nam intellecto ꝙ vnus infidelis esset sepult⁹ in aliqua ecclesia: talis eccl'ia cōsecrari nō debet. nec in ea est celebrandū. vt in .c. eccl'iam. de ꝯse. di. j. ꝛ ibi bona glosa. in arti. prin. qualiter infideles sunt excludēdi ab eccl'ia. Nec obstat .c. ep̄us nullū. de ꝯse. di. j. vbi videt̄ ꝓuisum/ꝙ ep̄s nullū ꝓhibeat ingredi ecclesiā ꝛ audire verbū dei. siue gentilē/siue iudeū/siue hereticū vsqꝫ ad missam cathecuminoꝝ. nā glo. in .d. c. ꝑlectis. xxv. di. ait. ꝙ istud capitulū nūc tenet̄ ꝛ ꝙ hoc .c. si intelligatur de diuino officio/sicut glose ꝛ doctores intelligere voluerūt: non teneatur ab ecclesia. ꝓbat textus. in .c. non liceat clericis. j. q. j. vbi l'ra ait. Non liceat clericis vel laicis ab hereticis alogias. i. benedictiones accipe. quia maledictiōes sunt magis ꝙ̄ bn̄dictiones. Nec licet aūt cū hereticis ꝛ scismatic̄ orare. vbi glo. dicit: istud de cō. sue. eccl'ie roborat̄. ꝛ illud decre. ep̄s nullū. nō esse in ꝯsuetudie eccl'ie. Sed posset saluo meliori iudicio intelligi dictū .c. ep̄s ibi verbū dei ꝑ p̄dicatiōe. vbi infideles possunt itercsse. ꝛ eis pn̄t reli. de suorū prelatoꝝ licētia p̄dicare. vt in .d. c. ꝙ̄ sit. d̄ iude. nec obstaret l'ra dicti .c. ep̄us ibi. vsqꝫ ad missaꝫ cathecu. vbi videt̄ incōueniens: ꝙ infideles debuissent stare in missa vsqꝫ ad sacrificiū sicut cathecumini: qui debēt stare vsqꝫ ad sacrificiū: quo t̄pe debent excludi ab eccl'ia. q̄a cum carēt sacramēto baptismi: ꝛ sic primo fundamēto sacramentorū qd̄ est ianua sacramentorū: non licet eis interesse in sacramēto eucharistie. Nā bn̄ aduertēti si textus intelligat̄ vt pōt intelligi in p̄dicationib⁹: de iure deb3 intelligi ibi vsqꝫ ad missam cathecuminorū q̄d ad missā totā inclusiue: q̄ ad ifideles exclusiue. q2 de natura isti⁹ aduerbij. vsqꝫ. de iure ita se hēt. vt in .c. cū dilecti. de dolo ꝛ ꝯtu. ꝛ ita se habet quo ad cathecuminos. quo ad sacrificiū. i. an̄ sacrificiū excludant̄. ꝛ sic infideles debēt stare in verbo dei vsqꝫ ad missam cathecuminorū. s. vt excludant̄ ante missam. ꝛ sic habēt iura iurib⁹ ꝯcordari. ꝛ tūc videtur vbiqꝫ bene decisum. ꝛ vtrunqꝫ in obseruantia. ꝙ iudei ꝛ

alij infideles excludantur a missa & a diuinis officijs: & admittantur ad pdicatiões. vt in dicto.c. q̃s sit. &c. Nã redẽptor noster Marci.xv. apl'is ait. Eũtes in mundũ vniuersũ pdicate omni creature. s. tã fidelib9 q̃ infidelib9. q2 est ppõ vl'is. & sic vl'r oẽs homines icludit & apphẽdit. & Math. xiij. & xxiiij. idẽ magr̃ nr̃ voluit istã pdicationẽ durare vsq3 ad ɔsumationẽ secl'i. Nã vt ait vas electionis & tuba euãgelij ad Colossen̄. c. iiij. ibi. Orãtes sil': vt deus det ostiũ sermonis ad loquendũ ministeriũ christi. vbi Nicolaus de Lyra intelligit libertatẽ & facultatẽ predicãdi. ita q2 licitũ est de iur̃ diuino & positiuo sacerdotib9 fidelib9 & infidelib9 verbũ dei pdicare. & si in. d. c. q̃s sit. de iude. puidetur/ ne fratres debeant sine licentia suorum prelatorum predicare infidelibus: hoc fuit & bene / ad euitandu3 ne fratres sub illa causa & colore possent a sua religione exire & vagare. Nam si subditis guardiano seu priori non licet exire conuentũ causa in alio loco predicãdi: q̃to magis non esset sibi licitum ire vltra mare. vt in dicto. c. q̃s sit. de iudeis. Nam vidi q2 feli. recorda. Sixtus. iiij. concessit licentiam quibusdã fratribus de Hispania: vt possint ire sine licentia suorum superiorũ predicatum in insula de Canaria. & q2 q̃plures fratres de obseruantia exierunt a monasterijs sub illo colore predicationis vt vagarent: cum multi de illis ad sua monasteria nõ redirent. ¶In loco seu castro ferrarũ reperitur cõstructum hospitale a tanto tempore / q2 non est memoria in contrariũ vbi receptãtur pauperes: & de redditibus hospitalis pauperes venientes per tres dies cõmorantes alimentantur. Queritur: attento q2 a. x. xx. & xxx. annis cõmunitas dicti loci cõsueuit presentare seu puidere d̃ rectore dicti hospitalis: si dictũ hospitale dicatur ecclesiasticũ. aut intantũ locus pius/ q2 tam hospitale q̃3 bona & redditus illius debeant defendi & manutenerĩ per episcopum ordinariũ. Pro cuius declaratione premitto: q2 hospitalitas est ita cõmunis omnibus catholicis/ q2 vnusquisq3 in domo sua potest facere hospitale. vt in. c. h. & in. ca. quiescam9. xlij. di. & in. c. q2 ait. xiij. distin. vbi Loth & Abraam indistincte in domibus suis recipiebant pauperes. & sic tenebant hospitalitatem. Et clerici hoc idem tenentur facere. & laici vt meritu3 maximum habeãt hortantur hoc facere. vt in. d. c. h. & in. di. c. quiescamus. xlij. di. qui presbyteri vel laici similẽ hospitalem/aut hospitale facientes. possunt de eo disponere & dictã hospitalitate3

renocare/ et ad alios vsus pro libito suo conuertere et dedicare. determinatio est doctorum in.c.iij.de relig.do.et i cle.per litteras. de preben.et in cle.quia contingit.de reli.do. Et ista hospitalitas aut hospitale dicitur ita prophanum et temporale: quia voluntarium quod nullus eps de eo potest disponere nec ordinare. Est et aliud hospitale quod fit seu deputatur in tertio loco pro receptione pauperum: et dotatur a Titio vel Sempronio auctoritate prelati: et tunc nulli dubium est / quod incontinenti eius defensio et cura pertinet ad epm seu ordinarium.vt in.d.c.iij.de reli.do.et in cle.per littaras.de preben. et in cle.quia contingit.de reli.do. Nam abbas siculus et alij docto. dicunt in.d.c.iij.de religi.do.et docto.in dictis cle.per litteras.de preben.et quia contingit: quod mortuo conditore et remanente hospitali dotato: eps debet habere curam et defensionem omnium bonorum dicti hospitalis: dum tamen non permittat dictos fructus conuerti ad alios vsus quam pauperum et hospitalis.textus est in expresso pro casu nostro in.d.cle.quia contingit.de reli.do.in.§.nos in curiam.ita tenet abbas in.d.c.iij.de reli.do.in tertio notabili.vbi ait.quod hec hospitalia pertinent ad episcopum: non vt disponat de redditibus ad libitum/ sed vt omnia ordinet ad vsum destinatum.vbi in fine asserit: etiam si sit edificatum a priuata persona: ea mortua/ quia iam non licet quod reducatur ad alios vsus: quod tunc ad epm pertinet: vt voluntas pia defuncti tradatur executioni.vt in.c.nos quidem.et in.c.requisisti. de testamentis.hoc idem tenet idem abbas in.c.inter dilectos.in fine.de donatio.qui inter multa ait. Item scias quod vbi hospitale est prenatum et institutum auctoritate defuncti: eps habet potestatem ibi videndi et inquirendi an cuncta secundum voluntatem defuncti procedant.et hoc respectu isti appellantur patroni:non domini dominus. Zabarel.i.d.cle. quia contingit.sequitur istam opinionem.et in pen.in.iiij.notabili.ait/ quod ista bona hospi.dicuntur ecclesiastica: et de eis potest agi etiam si patroni sint seclares coram ecclesiastico.et quod licet patroni.s.hospitalarij seu gubernantes hospitale possint recipere pro victu et vestitu.non tamen pro se nec pro alendis pauperibus possunt bona immobilia alienare neque ad alium vsum etiam pium sine licentia pape deputare.hoc etiam tenet Imo.i.d.cle.quia contingit.iuxta glo.imo magis ait: quod in fini hospi.diocesanus supplet negligentiam collatoris. Abbas in.c.accedentibus.de priuil.et i.c.iiij.de prescrip.et in.c.j. de resti.in integ.ait.quod omnia priuilegia concessa ecclesijs hodie extenduntur ad hospitalia.pro quo ipse allegat tex.fin.in.l.omnia.C.de epi.et cle. vbi asserit Bar.de illa lege pro casu nostro fecisse maximum festum.

Nec obstat.c.inter dilectos.de dona.z ibi theorica doct.vbi ad excludendū partē vnā opponebat/ꝙ non esset cāpanile altare:z nō celebrabant diuina.zč. Nā vt ibi doctores dicūt: ꝙ neqȝ ista faciūt neqȝ excludūt esse hospitale.nam vt ait do.card.in.d.cle.ꝑ litteras: nō obstāte ꝙ in hospitali nō sit eccl'ia vl' altare/pōt habere rem ecclesiasticā z spūalez.ita sentit Imola in.d.cle.ꝑ lr̄as. asserēdo ꝙ etiā bona tp̄alia sunt ꝯseruāda ꝑ epm̄. z dicunt eccl'iastica.nam vt ait glo.in.c.quisq̄s.iuxta tex.xvij.q.iiij. Dicūtur hospitalarij ꝑsone ecclesiastice.z ibi docto.in quo ꝓ nunc non facimus fundamentū ita z taliter/ꝙ in casu de quo agit maxime cū agat de p̄ntatiōe facta ꝑ patronos ꝯfirmata ꝑ epum ordinarium nullo pacto nec aliq̄ iure pōt vētilari corā ptāte senarū. qz tunc nullū dubiū q̄n dicat piū z ecclesiasticū.vt in locis p̄alle.nā etiā si esset cā total'r ꝓphana:nihil ad ptātem senarum.q̄ nihil debet agere in hospitali neqȝ in bonis hospi. Nā tūc esset q̄stio: an coram patronis vel corā ordinario esset q̄stio ventilāda:nō aūt coram ptāte senarū. Tū etiā vt dico q̄a agit de ꝯfirmatiōe facta ꝑ ordinariū.cui⁹ auctoritate videt.d.hospitale esse edificatū cū faciliter posset ꝯstare epm seu ordinariū illius ꝓ tpē existentē subsidiū seu aliquas rm̄ssiones a.d.hospitali recepisse.z sic videt ad dictū ordinariū in aliq̄ dictū hospitale tāq̄ ecclesiasticū z piū ꝑtinere.in tantū ꝙ iuste z iuridice p̄ntatus a patronis: ꝯfirmat⁹ ab ep̄o: potuit corā ep̄o cōparere.vt ip̄m p̄ntatū z ꝯfirmatū i possessiōe quā tenuit ꝑ p'les annos pacifice defenderet: z manuteneret.maxīe cū.d.aduersarius corā.d.ordinario volūtarie cōparuit:z libēter vsqȝ ad p'les act⁹ litigauit. qua lite pendēte nō licuit sibi corā ptāte nec corā alio iudice sup eandē cām litigare.vt l.§. offerat.iij.q.iiij.z in.c.j.d iudic.z in regula.qd̄ semel placuit.d regu.iur.li.vj.z iura sunt vulgaria:q̄ñ essz casus dubi⁹/an corā ecclesiastico vel seculari cā debuissz tractari. iste articul⁹ añ om̄ia corā eccl'iastico ē decidēd⁹.vt in.c.si iudex laic⁹.de sen.ex.lib.vj. in tantū ꝙ tā qz res est clara/defensio hospitalis z bonoz/q̄ propter alia supi⁹ allegata:ordinari⁹ iuste potuit cognoscere de causa z inhiberi ptāti senarū. ¶Dubitat de iur. An oblat⁹ monasterio.b.Marie de ppl'o vrbis rome ordis.s.Aug.heremitaꝝ possit trāsire ad aliā religionē/licet strictiorē. Et posito ꝙ nō:si poterit de licētia p̄oris trāsire ad aliā domū eiusdē relig. Et posito ꝙ sic.si est vagabūd⁹ z icorrigibil'/si poterit in totū expelli d monasterio

sterio absqꝫ eo ꝙ tradatur alteri monsterio. Et p expeditiōe primi dubij est pmittendū: ꝙ ī religiōe sunt monachi: ꝛ sunt cō uersi: ꝛ sunt oblati. Sūt monachi q̄ habitū mutāt ꝛ ad ordines pmouent. Cōuersi aūt dicunt oēs religiosi añ annū pbationis. tex. est. in. c. ad aplicam. de regu. iu. ꝛ in. c. ꝯstitutionē. c. ti. in. pn. li. vj. ideo oēs vocant ꝯuersi: q2 ꝯuertunt de imꝑfecto ad pfectū. sed quo ad casuꝫ nostrū dicunt ꝯuersi q̄ habitū mutāt dedicādo se ꝛ sua monasterio: nō tñ pmouent ad ordines. Oblati sunt isti q̄ faciūt se fratres aut cōfres alicui⁹ religiōis: tñ remanēt ī seclo ꝛ obligant parochie. Alij sunt oblati matie ppꝛie q̄ dedicāt se ꝛ sua monasterio/ habitu nō mutato. De religioso in pmo capite aut d̄ monacho nō est q̄stio nr̄a: nec de ꝯuerso. Est aūt de oblato qui intrat monasteriū ꝛc. ꝛ in casu nr̄o dico: ꝙ oblat⁹ nō pōt trāsire ad aliā religioneꝫ/ licet strictiorē. glo. est ordinaria in. ca. vt lex ꝯtinēti. c. xxvij. q. j. Theorica est doctoꝝ in. c. nō est de regula. ꝛ hoc p tāto. q̄a sunt q̄si fui monasterij cui dedicarūt se ꝛ sua ꝛ ideo magꝭ astringūt religiōi eiusdē dom⁹/ q̄ꝫ monachi: q̄ si pfitē tur illi religiōi vident sub ꝯditiōe a iure posita: nisi voluerit trāsire ad strictioreꝫ: petita licētia a supiore licꝫ nō obtēta. facit tex. in. c. licet de regula. q̄ multū cōmendant: ꝙ nō obstāte ꝙ religio habeat puilegiū ꝙ d̄ illa ad strictioreꝫ nō pñt trāsire. Sꝫ oblat⁹ nō gaudet isto puilegio cū videt nō solū eligere r̄ligionē/ sed tm̄ illā religionē ꝛ domū. cui⁹ cā ne immerito si astringātur magis religiōi q̄ꝫ religiosi. nā isti oblati eadē vocatiōe q̄ vocati sūt debēt manere: vt i. c. j. xxj. q. j. q2 cū isto onere ac ꝯditiōe se dedicauerūt illi monasterio. Sꝫ q̄d si ad aliā religionē ꝛc. si strictioreꝫ nō possit trāsire si poterit ad aliā domū eiusdē religiōis. Et dico ꝙ d̄ licētia sui supiorꝭ pōt. hoc videt sentire glo. in. d. c. vt lex. xxvij. q. j. hoc sentiūt doctores in. d. c. nō ē d̄ regla. q̄d ītelligo sane verū si est aliqua cā: aut q̄a dom⁹ q̄ ad suā dispositionē infirma: aut alia q̄ mouet supiorē. tñ nō obstāte causa: credo salua reuerentia doctorū: ꝙ nō possit trāsire ad aliā domū eiusdē religiōis. nam rō q̄ est de toto q̄ ad totū: est de parte q̄ ad partē. nam si oblatus non pōt trāsire ad aliā religionē: licet strictioreꝫ. q2 ꝯdicauit se ꝛ sua domui particulari. ergo si domui illi nō toti religioni. Preterea vbi est eadē rō ꝛ idē ius. sed eadē ratio q̄ impedit vt oblat⁹ non trāsferatur ad aliā religionē. facit vt dixi. ꝙ sine causa ad domuꝫ eiusdē r̄ligionis nō transeat. ergo idē ius. Vnū tamē est: ꝙ si ipse

maior in tota religione p se solus: aut si nõ p se/sed in.c.de bonis vnius domus posset disponere in vtilitate alteri⁹ dom⁹ eiusdẽ religionis: q tũc iste oblat⁹ isto mõ poterit trãsiri.cũ oĩa monasteria isti⁹ religiõis reputaꝛ vna dom⁹.⁊ oĩa bona religiõis sũt cõmunia vnicuiq3 monasterio eiusdẽ religiõis.⁊ sic oblat⁹ vł obłati illius domi ad quã trãsmittiꝛ.q̃a toti religiõi. Sed q̃d si oblatus aut q̃liscũq3 religiosus est vagabũdus ⁊ icorrigibilis: si poterit in totũ expelli de monasterio. Et dico q nõ. facit tex.in.c. ne religiosi.de regła.vbi ꝓuideꝛ q religiosi fugitiui sũt reqrendi ⁊ cogẽdi vt ad monasteriũ reuertãꝛ.in.c.Joan.e.ti.facit tex.ĩ.c. q aũt q̃riꝛ.xvij.q.iij.vbi ꝓuideꝛ: q postq̃ tradit⁹ est aliq̃s monasterio ⁊ obediẽtie abbatis q nõ põt exire/nec abbas põt dare licentiã.nam daꝛ annus a iure tã in fauorẽ iurãtis q̃ recipiẽtis.vt in.c.ad apostolicã.de regłã.ergo si post annũ ꝓfessus/velit nolit cõpellitur stare in monasterio ⁊c.post annũ ⁊ post ꝓfessionẽ compelletur abbas retinere religiosum.nã Innocẽ.iij.sancte cogitauit ⁊ ꝓuidit in.d.c.ad ap̃licam.in.ꝑ. respõso.ibi. ĩ parte q̃stionibꝫ tuis taliter respondem⁹.q licet tẽpus ꝓbatiõis a sanctis patribꝫ sit indultũ:non solũ ĩ fauorẽ ꝯuersi/ sed etiã monasterij:vt et ille asperitates isti⁹/⁊ illud mores illius valeat experiri.qd̃ vtrũq3 dilĩgẽter est obseruandũ:presertim cũ ab vtroq3 de reliquo certa noticia nõ habeaꝛ ⁊c. Ecce ergo q nec monasteriũ3 habere potuit aliam noticiam:nisi q ꝑmanendus sit/nec receptus: nisi q omnino debeat stare. ergo vterq3 bonũ de alio cõcepit/si receptus factus ꝑuersus/ factus maliuolus ⁊ incorrigibilis:etiã quo ad religionẽ non habeat nolle nec velle/furiosus reputari debet: mẽte capt⁹ extimari. q̃tũ autẽ graue sit furiosũ3 excludi a monasterio/quia infirmatur:q̃tum alienũ a charitate eu3 expellere/ omnibus est notũ.ita q regula aut institutio sancti Augustini si contrariũ ꝓuidet q excludatur/debet intelligi a consortio ⁊ cõuersatione aliorũ religiosorũ/ne eis noceat.⁊ ipse in carceribus detineatur. cũ etiã si videatur incorrigibilis ⁊ videatur ethnicus seu infernalis est in via ⁊ poterit corrigi ⁊ saluari ⁊c.

Tractatus Joannis Lupi de libertate ecclesiastica. Finis.

¶Reuerendissimo in christo patri z domino / domino Francisco de piccolominibus sancte Romane ecclie/tituli sancti Eustachij diacono Cardinali ecclie Senēsis antistiti dignissimo: Joānes lupi de Segouia Sedis ap. Protonotari⁹. S. P. D.

Reuerēdissime in christo pater z dn̄e/dn̄e mi colendissime: vt dn̄atio tua reuerendissima videt/ nec si vellet in mōtibus aut cauernis valet ignorare ita magna z grauia que istis diebus euenerunt in Italia: z nisi deus p̄ suam misericordiā auertat/maiora z grauiora incōmoda timentur in tota christianitate. Postq̄ videmus q̄plures principes ex federe z ꝯfederatiōe ad bellū paratos. z quia a nōnullis fuit dubitatū: An z quales cōfederationes sint licite z de iure p̄mittantur. Et licet questio sit satis grauis z ardua: q2 ex omni iure apud doctores varia repiuntur: cogitaui/licet minimus inter doctores/p̄ modū dialogi: quia opposita iuxta se posita clarius elucescunt: aliquid scribere hic in mōtibus Senarum: z eidē dominationi tue reuerendissime remittere: vt in omnibus euellas/ corrigas/ z emendes.

Joannis Lupi ap. se. protonotarij/tractatus dialogicus de confederatione principum: z an/z quādo cōfederationes huiusmodi sint licite/vel illicite: feliciter orditur.

Argumentum z questio principalis tractatus.

¶Dis. Bone magister: videt̄ mihi q̄ nō sit tēpus vagandi: z nunc locū habeat/qd̄ imperator Justinianus in p̄ncipio institutionum ait. Imperatoriā maiestatē non solū armis decoratam/sed etiam legib⁹ oportet esse armatā: vt vtrūq̄ tempus z bellorū z pacis recte possit gubernari. Naz istis dieb⁹ hinc inde milites/ac armigeri pro bello conducuntur. Et an/z quando liceat bellare z retinere ablata in bello a nonnullis rectoribus animarum inuestigatur. Nam diebus istis fui interrogatus: an liceat vni p̄ncipi catholico inire fedus seu confederationem facere cum alio sub hac lege/forma/z conditione quibus multi vtūtur nostris temporibus. scilicet. ero tibi et amicis tuis amicus et adiutor: et inimicis tuis et amicorum tuorum inimicus et aduersarius.

Et an/ et quādo/ et quib⁹ liceat bellare / et retinere in bello ablata. Ideo rogo videamus quid in his de iure reperiatur.

¶Ma. Video turbationes et angustias vbiq3 paratas. et deus cuius proprīū est misereri et parcere. quia diuinitatis natura est clemens et pia: magisq3 ad indulgentiā prona. quia non vult mortem peccatoris: sed vt cōuertatur et viuat. prouideat ne propter peccata nostra tot aduersa ac incōmoda veniant que videntur parata: sed per suam misericordiam dignetur oēs catholicos ad vnionem/pacem/ et cōfederationē vniuersalez reducere: vt sacratissimū eius sepulchrum ex federe ac cōfederatione et vnione fideliū vniuersali liberetur a machometanis. vt deus ipse vbiq3 veneretur ac colatur in omni tranquillitate et pace. Et quia vt ais de proximo fuisti interrogatus de federe seu confederatiōe tenēda: et aliq̄ credo vidisti: dicas quid tibi de iure videtur scriptum et determinatum.

¶Di. Licet questio videatur grauis et ardua: quia pro vtraq3 parte: vt ais: reperiuntur aliquantuluz diuersa seu contraria. nihilomin⁹ videt̄ ex vtroq3 iure diuino ac humano: vt tāle fed⁹ seu confederatio iuste possit fieri: et teneat inter sic confederatos. immo dicunt nonnulli doctores maxime in. c. q᷑ super his. de voto aliud magis graue: q᷑ potest catholicus cum infideli confederationez facere/ et ab infideli adiutorium assumere/ et ei adiutorium tradere. adducunt pro fundamento. xi. q. iij. c. iulianus. vbi milites christiani erant et bellabāt sub imperatore Juliano apostata. hoc ipsi doctores nituntur probare ex sacra scriptura. p̄mo Machabeorum. viij. et. xiiij. vbi Machabei licet fideles inierunt fedus/ seu confederationem fecerunt cum romanis licet infidelibus et idolatris. hoc idem probatur Josue. ix. vbi Josue iniuit fedus et tenuit cōfederationē cū gabaonitis. vt in. c. x. hoc idē p̄bat̄ primo Regum. c. vij. vbi amorei tenebant pacem et confederationem cum populo Israelitico. hoc idē constat primo Regū. xxvij. et. xxix. vbi Dauid accessit ad Achis regem Geth et fecit cōfederationem contra Saul: et erat paratus infideli auxilium prestare. Hanc opinionē sequitur Oldardus satis late in cōsilio. lxvj. et. lxxj. hanc sequitur post relationem aliorum doctorum abbas siculus in dicto. c. q᷑ super his. de voto. hanc sequūtur q̄ plures alij. qui tam ibi q̄ in. c. sicut in tertio. de iureiur. et in. c. olim. in. j. de resti. spo. multa loquuntur de bello: et de permissione insidia-

rum.⁊ de aliis tangentibus bellum.videtur facere pro predicta cõfederatione sub eadem forma de qua agitur:doctrina diuina Genesis.xvij.vbi deus iniuit fedus cū Abraā.et successoribus suis alia gente exclusa.facit bene tex.Exod.xxiij. vbi de⁹ sub dicta cõditione ⁊ forma de qua agitur iniuit fedus cū populo Israelitico.cū ibi deus dicto populo ait.Inimicus ero inimicis tuis:⁊ affligam affligētes te.Ex quibus omnibus supradictis videtur:cū infideli ⁊ a fortiori cum fideli possit fieri amicicia ⁊ cõfederatio:⁊ prestare se mutuo adiutoriū.vt patet.ij.Regum.ca.v. in principio.vbi Dauid percussit fedus cum senioribus Israel in Hebron corā domino.hoc idem habetur.j.Paralipomenon.ca. xj.hoc idem probatur Judicū.xj. vbi filij Israel fecerūt confederationē cum Jethe contra filios Amon.Hoc idem pbat.j. Paralipomenon.c.xij.vbi Dauid acceptauit confederationē ⁊ adiutorium ab Abisai ⁊ aliis principibus venientibus in sui adiutoriū.cū ad ipsos pncipes dauid ait.Si pacifici venietis ad me vt auxiliemī mihi/ cor meū iūgatur vobis. cui Abisai spiritu dñi ait.Tui sumus o Dauid ⁊ tecum filij Isai.pax pax tibi ⁊ pax adiutoribus tuis.Pro predicta opinione facit textus pmo.Regū. c.xviij.vbi Jonathas filius Saul et Dauid inter se fedus inierunt.Hoc idem probatur.ij.Regū.c.iij. vbi Dauid acceptauit confiderationem oblatam sibi ab Abner pro se ⁊ aliis de populo Israel contra Saul.Hoc satis probat Deuteronomij.vij.⁊ Judicum.ij.vbi inquantum deus prohibet ne fiat fedus seu confederatio cum certa gente determinate patrie.per cõsequēs ac indirecte videtur permittere ⁊ cõcedere predicto populo:vt indistincte possint fedus inire:⁊ confederationē facere cū quacūq gente alterius patrie a contrario sensu.quod est fortissimū argumentum in iure.vt in.c.cum apostolica.de his que fiunt a prelato sine con.ca.in fine.facit textus in.c.qualis.xxv.di. ⁊ in.c. qui sitit.xxxiij.q.v.in fi.assumitur pro validitate argumenti a contrario sensu sententia redēptoris nostri Matth.xij.ibi.Qui autē dixerit contra spiritū sanctum / nō remittetur ei in hoc seculo nec in futuro.ex quo a cõtrario sensu aliqua culpa remittitur in futuro seculo.s.in purgatorio.hoc idem Math.vj.ibi. Et dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribꝫ nostris.Si ... non dimiseritis hominibus:nec pater vester dimittet vob ⁊c. Ex quibus omnibus supradictis ⁊ multis aliis que ex vtroq te

Habetur hic exemplū confederationis fieri posse

stamēto ac pontificio iure adduci possent/videtur satis cōstare:
ꝙ liceat vnicuiqȝ principi catholico fedus inire/seu confedera-
tionem facere sub predicta forma ⁊ conditione: de qua agitur
cū alio principe fideli: immo nonnūqȝ vt supra/cum infideli/seu
pagano: ⁊ ab eo adiutoriū assumere: ⁊ ei adiutoriū prebere.

¶Ma. Miror satis ꝙ ita simpliciter ⁊ indistincte predictā opi-
nionem sequaris: que si bene attendatur/nullum fundamentū
habet: nec supradicte allegatiões sic concludunt: vt ais. Nam
primo ⁊ ante omnia videas quid Clemens quintus in concilio
viennensi prout habetur in clementina vnica. in. §. porro. de iure
iuran. de iuramento quod facit ⁊ facere debet Rex romanoruꝫ
futurus Imperator ecclesie romane ait. ac nunqȝ cū sarraceno/
pagano/scismatico/seu alio quomodolibet cōmunionem catho
lice fidei non habente: aut cum aliquo alio prefate ecclesie ini-
mico vel rebelli/seu eidem manifeste suspecto: vnionem quam-
libet/seu parentelā aut cōfederationē iniret. ex quibus satis ho
die videtur de iure prouisum ac determinatū: ꝙ nō papa postqȝ
hoc damnat: non imperator postquā iurat facere: non aliquis
princeps seu fidelis christianus postqȝ ab ecclesia damnatur vni
onem/parentelam/ aut confederationē cum infideli/aut paga-
no inire potest: nec licite facere valet. Nec. c. iulian⁹. xi. q. iij. sal
ua reuerentia ad propositum facit. nam ibi milites christiani ser
uiebant in bello ⁊ alijs dicto Iuliano imperatori contra infide
les: ⁊ non contra christianos: nec contra preceptum. vt ibi ex-
presse ipse beatus Ambrosius auctor littere ait: ⁊ permaxime. vt
ibi ipse Ambrosius presupponit. ꝙ isti milites erant christiani illi
us patrie naturales. vbi licebat ad cuiussuis instantiā pro defen
sione patrie ⁊ reipublice bellare. vt in. c. si nulla. xxiij. q. viij. ⁊ ꝙ
fuisset pro defensione patrie/ satis videtur ex littera cōstare. cū
littera ait. cum defensione reipublice obediebant ei. Cum autē
diceret eis. Producite arma in christianos: tunc cognoscebant
imperatorem celi. Et etiam est alia maxima excusatio pro militi
bus christianis: qui bellabāt sub dicto Iuliano apostota. vt ibi
glosa ait. quia iste Iulianus imperator tolerabatur ab ecclesia
ne suscitaret scandalum aduersus christianos. ⁊ sic licebat mili
tibus ⁊ alijs fidelibus cum heretico tolerato ab ecclesia cōmu
nicare. vt in. c. excōmunicam⁹. ⁊ i. c. ad abolendā. in. §. statuim⁹.
de hereti. Alis nullo modo permissuꝫ est christianis sub infide

libus/nec in eorũ seruicio stare. vt. ij. ad Corinth. c. vj. vbi apostolus ait. Nolite iugum ducere cum infidelibus. que enĩ participatio iusticie cũ iniquitate/aut que societas lucis ad tenebras: que autem conuentio christi ad Belial: aut que pars fidelis cũ infideli. Cuius causa summi pontifices disposuerunt ac prohibuerunt predictam participationẽ/seu cohabitationẽ cum infidelibus. vt in. c. iudei. in fine. et in. c. sepe. et in. c. nullus. xxviij. q. j. et in. c. j. et. ij. de iudeis. et in. c. consuluit. in tertio. de appella. Et a fortiori. Si non licet cohabitare/seu stare cum infideli: non licebit cum heretico et apostota fidei. Nam vt beatus Joannes in sua secunda epistola ait. Si quis venit ad vos: et hanc doctrinã non affert: nolite recipere eũ in domo/nec aue ei dixeritis. qui enim dicit illi aue: cõmunicat eius operibus malignis. ex cuius auctoritate et apostoli Pauli ad Titum. c. iij. ibi hereticũ hominem post vnam et secundam correctionẽ: scilicet post pertinaciam deuita. ecclesia statuit: quod non liceat fidelibus sub censuris et penis cum heretico communicare. vt in. c. aduocauit. et in. capi. omnis. et in. c. quoniam vetus. et in. c. que dignior. xxiiij. q. j. et in. c. sicut. in primo. et in. c. si aduersus. et in. c. excõmunicamus. in primo. et quasi per totum. de hereti. Nam absoluuntur milites a iuramẽto et fidelitate quam fecerũt fideli/seu catholico. dum talis stat in excõmunicatione. vt in. c. nos sanctorum. et in. c. iuratos. xv. q. vj. Ergo a fortiori absoluuntur a fidelitate et homagio ac iuramẽto alicuius/si talis veniat/aut incidat in heresim. vt in. c. finali. de hereti. et in dicto. c. iuratos. quia tales heretici vt tales et vt excõmunicati a quocunque catholico sunt euitandi. Ex quibus satis apparet dictum. c. iulianus. pro supradicta opinione nihil concludit: nec facit ad casum. cum vt dixi beatus Ambrosius loquitur in alio diuerso casu: scilicet in defensionem patrie. Pro cuius defensione/vt supra licebat christianis bellare sub infideli/seu pagano. Et hoc modo videtur satisfactũ ad illud Machab. viij. et xiiij. vbi machabei in sui defensionẽ et adiutoriũ fecerũt confederationẽ cum romanis cõtra gentes Sirie et gsarũ dei inimicos et eius cultui odiosos et aduersarios. Nec valet fundamẽtũ: vt liceat alicui principi catholico cũ alio principe sub predicta lege et cõditione cõfederationẽ facere. iuxta id Genes. xvij. de federe inito a deo cum Abraam et semine suo. Nam non propterea deus exclusit ab eius veneratiõe aliquẽ cuiuscunque generis seu natiõis

cauentem ab idolatria: nec venientem ad cultum diuinum repudiauit. Nam vt beatus Ambrosius in suo primo libro de vocatione omnium gentium.c.ij.ait.quod nunquam vniuersitati hominum diuine prouidentie cura defuerit: que licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem duxerit institutis: nulli tamen nationi hominum bonitatis sue dona subtraxit. quia vt apostolus ad Romanos.c.ij.ait. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt eiusmodi legem non habentes: ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Itaque licet non de genere Abraam/seu de populo Israelitico viuentes in naturalibus obseruantes mere moralia sine circumcisione et ceremoniis ac ritibus ipsorum iudeorum saluabantur. vt Job et alij similes qui colentes deum/abstinuerunt se ab omni idolatria. et sic deus tantum repudiauit idolatras et sibi inimicos assignauit. de quibus deus Exodi.xxiij.populo Israelitico ait. Inimicus ero inimicis tuis: et affligam affligentes te. quia affligentes electos a deo/dei inimici reputabantur: et ipsius populi. quia idolatre et legis dei et eius cultus inimici et aduersarij. et hoc modo videtur satisfactum ad illud Deuteronomij.vij.et Judicum.ij.vbi videtur populo Israelitico facta prohibitio restricta seu particularis ad gentem illius patrie. quia detinebant patriam a deo dicto populo promissam. vt constat in gabaonitis. Josue.ix.et xxi.in fine.et indistincte. quia idolatrabant. et ne ex amicicia et confederatione fecissent populum idolatrare. cuius causa in traditione legis Exodi.xxxiiij.deus populo Israelitico ait. Caue ne vnquam cum habitatoribus terre illius iungas amicicias que sint tibi in ruinam. sed et aras eorum destrue: confringe statuas: lucosque succide. noli adorare deum alienum dominus zelotes nomen eius deus est emulator. ne incas pactum cum hominibus illarum regionum: ne cum fornicati fuerint cum dijs suis et adorauerint simulacra eorum/vocet te quispiam vt comedas de imolatis. nec vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis: ne postquam ipse fuerint fornicate/fornicari faciant et filios tuos in deos suos. que prohibitio ex eadem causa et ratione videbatur extendi ad omnes idolatras/cuiuscunque nationis et patrie etiam si de populo israelitico. vt.ij.Paralipomenon.xix.vbi Jehu propheta ad Josaphat ait. Impio prebes auxilium: et his qui oderunt dominum amicicia iungeris.

ideo iram quidem domini merebaris. itaqꝫ tam ex detẽtione pa
trie populo promisse/ꝛ ex idolatria videbatur eidēꝫ populo pro
hibita amicitia ꝛ confederatio. ꝛ sic nihil argumentū a cōtrario
sensu obstat. nec ad propositū facit. quia licet tale argumentum
in iure fortissimū/non tenet nec valet quando in iure reperitur
decretum seu prouisum contrarium. vt in. c. nullus iudicum. in
ꝑta. c. significasti. de foro cōpe. ꝛ in. c. vnico. de eta. ꝛ quali. lib. vj.
nec obstat illud iudicū. xj. vbi filij israel fecerūt confederationēꝫ
cum Jephe contra filios Amon. nam hoc fecerunt in sui defen-
sionēꝫ. quia opprimebantur iniuste et de facto a filijs Amon. in
quo casu non solum a Jephe qui reputabatur fidelis/sed ab infi
delibus erat ꝑmissum ac licitūꝫ adiutoriū assumere. Et hoc mo
do saluantur omnes cōfederationes facte per David ꝛ macha-
beos/ꝛ alios qui pro sui defensione legis ꝛ patrie cūꝫ fidelibus
ꝛ infidelibus pacem ad tempus fecerunt: ac ab eis adiutorium
quesierunt dum opprimebantur iniuste ꝛ de facto. ꝛ hoc modo
vas electiōis Act. xxiij. posuit dissensionē inter saduceos/ꝛ pha
riseos: vt haberet a preside milites/quorū auxilio seruaretur ille
sus. quia nulli ex aliquo iure denegatur vera defensio. ꝛ hoc mo
do potest stare theorica doctorū in dicto. c. qḋ super his. de vo-
to. ꝛ in locis per te allegatis. ꝙ liceat fidelibus dū iniuste ledun
tur/seu opprimūtur de facto sine lesione legis catholice assume
re adiutoriū ab infideli seu pagano. immo ꝺm postillatorē ꝛ do-
ctores alios in. c. xxvij. ꝑmo regū/videt ꝙ sit ꝑmissum fideli: ꝑsta
re adiutoriū infideli: si opprimat iniuste ꝛ de facto. ꝛ in tali casu
posset melius allegari. d. c. iulianus. Sed his ꝛ alijs non obstan
tibus: ex aliquo iure nō posset stare tal' cōfederatio sub ꝑdicta le
ge ꝛ cōditione quam als. fiero tibi ꝛ amicis tuis amicus: ꝛ inimi
cis tuis ꝛ amicorū tuorūꝫ inimicus ꝛ aduersarius. nam nulli du
bium ex vtroqꝫ testamēto indistincte ab ipo deo anteqꝫ in huma
nitate appareret/est toti generi humano iniuncta pax/ꝛ damna
ta inimicitia ꝛ odium respectu ipsorū hominū/ꝛ ad ipsorū vindi
ctam reprobatū. nam vt deus Leui. xix. ait. Non facies calūni
am proximo tuo: nec vi opprimes eū. non stabis cōtra sanguinē
proximi tui. non oderis fratrē tuum in corde tuo. non queras vl
tionē. diliges amicū sicut teipsum. Et habemus in ecclesiastico.
xxviij. in prin. Relinque proximo tuo nocēti te. ꝛ tunc deprecan
ti tibi peccata soluent. ad quorū preceptorū obseruationē opoꝛ

tet nullam cōfederationē facere cū aliquo particularē:vt oppri
matur prim⁹ / seu de facto ledat in aliquo: sed vniuersaliter.cū
oi p̄rimo pacē tenere. Ideo de⁹ p p̄phetā indistincte in psalmo
xxxiij.ait. Inq̄re pacē ⁊ p̄sequere eā.⁊ Hester.c.xiij.ait. Optata
cūctis mortalib⁹ pace fruent.⁊ ipse de⁹ p Zachariā.c.viij.ait. Ve
ritatē tm̄ ⁊ pacē diligite.s.idistincte ⁊ vl'r.cū esset absurdū dicere
q̄ liceret alicui nō tenere veritatē: cū pariter v̄itas ⁊ pax a deo
cōmendātur.ideo P̄s.in psal.lxxxiiij.ait. Veritas de celo p̄spe
xit:⁊ iusticia ⁊ pax osculate sunt.nam impossibile est: vbi non est
pax / iusticia sit ex vtraq̄ parte ꝯtendētiū.q: vt Esaias.xxxij.ait.
Erit opus iusticie pax.itaq̄ nullus iuste valet excludi a iusticia
nec a pace. Nā vt ipse de⁹ postq̄ in humanitate apparuit. Mar
ci.ix.ait. Pacem habete inter vos.sc3 vniuersaliter cum omnib⁹.
nam alias existēs in pace cum vno / ⁊ in odio cum alio: nōn vere
⁊ realiter videtur esse in pace.nā vt redēptor. Matth.x.⁊ Joan.
xiiij.toto generi humano in suo testamēto ait. Pacē relinq̄ vob:
pacem meam do vobis. cuius heres non est qui pacē eius testa
mento relictā non habet.ideo ipse conscius secretoꝝ dei ad Ro
ma.xij.dicit. Charitatē fraternitatis inuicem diligentes et cum
omnibus pacem habentes. Et beatus Augu.in sermone marty
rum.super illis verbis apostoli ad Ephesios.v. Imitatores dei
estote sicut filij charissimi.dic.iuste ⁊ caste viuere ⁊ charitatē cū
oībus custodire cū dei adiutorio oībus p̄ceptū est. Et ipse
apostolus.ij.ad Corin.xiij.oībus ait. Pacē habete:⁊ de⁹ pac: et
dilectiōis erit vobiscū.nā vt magr̄ noster Joā.xvj.dicit. Hec lo
cutus sum vob:vt in me pacē habeatis.q: extra deū nulla est ve
ra pax. Nam vt deus p Esaiā.lvij.dicit. Nō est pax impijs dicit
dn̄s deus.⁊ sic Sapientia.c.iij.clamat. Quoniā donū ⁊ pax est
electis eius.⁊ vas electionis ad Roma.ij.ait. Gloria aūt et ho
nor ⁊ pax omni opanti bonu3.nō est acceptio p̄sonarū apud deū.
nam ita pax a redēptore nostro vniuersaliter iniūcta est: ⁊ cōmē
datur q̄d p̄cepit oībus indistincte. Matth.v.vt non solū ami
cos / sed inimicos diligerent. Nam ipse deus vt dixi / cum in hu
manitate apparuit in maiori p̄fectione ⁊ trāquillitate ac charita
te ⁊ perfectione voluit procedere.vt bene beatus Gregorius p
ut habetur in.c.hec autem.xxiij.q.iiij.ait.⁊ ipse redēptor. Mar
ci.xj.dicit. Et cum stabitis ad orandum: dimittite si quid habe
bitis aduersus aliquem:vt pater vester qui in celis est dimittat

vobis peccata vestra. Et hoc idem Matthei.v. ostendit ꝛ testatur: cum dicit. Si ergo offers munus tuum ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuū ante altare: ꝛ vade post eū recōciliari fratri tuo. Et dū magister noster Matthei.vj. docet nos orare/ vt dicam⁹ ait. Dimitte nobis debita nostra/sicut et nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Si eni dimiseritis hominibꝫ peccata eorū dimittet ꝛ vobis pater celestis. Si autem non dimiseritis hominibus/nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Quia vt beatus Joannes in sua prima epistola.c.ij.ait. Qui autem odit fratrem suum/in tenebris est ꝛ in tenebris ambulat: ꝛ nescit quo eat. qa tenebre obcecauerūt oculos ei⁹. Nā redēptor nr̄ Math. xxij. post primū ꝛ precipuū preceptum de ipsius dei dilectiōe/ secundum simile huic dixit de dilectione proximi. contra quē non licet ꝯfederationē p̄dictā sine trāsgressione p̄cepti diuini facere. nam Ecclesiasticus.vj.c. in prin. clamat. Noli fieri pro amico inimicus proximo. sicut fit in predicta confederatione/de qua agitur. vt beatus Ambrosius in libro de officijs. prout habetur in c. deniqꝫ.xiiij.q.v. ait. Deniqꝫ si non potest subuenire alteri / nisi alter ledatur: cōmodius est neutrum iuuari q̄ꝫ grauare alterū. Ideo Salomon Prouerb.xvj. ad propositū ait. Inimicos q̄ꝫ eius ꝯuertet ad pacē/vt non diuidatur aut soluatur inter ipsos vinculū charitatis. nā vt dictus beatus Joan. in p̄ma epistola c.iiij. ait. Charissimi. diligamus nos inuicē. si diligimus inuicē/ deus ī nobis manet et charitas in nobis p̄fecta est. Ideo Ps. in psal.c.xix. ait. Cum his qui oderūt pacē eram pacificus. vt reduceret eos quietos ad dei gratiā ꝛ charitatē. sine qua pace vt dixi in dei gratia ꝛ charitate quis nō valet stare: cū videatur tanq̄ꝫ legis contēptor ꝛ preuaricator: ꝛ vt christi inimicus ꝛ aduersarius eius testamentū ac successionē repudiare. nam vt ipse magister noster. Matth.v. ait. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. postq̄ꝫ testamentum eius tenuerunt et acceptarūt. nam vt beatus Augustinus ad Macedoniū prout habetur in: ca. debet homo.xxiij.q.iiij. ait Debet homo diligere proximū sicut se ipsum. vt q̄ꝫ potuerit / hominem beneficentie consolatione vel informatione doctrine vel discipline correctione adducat ad colendum deum. quia vt Ecclesiastic⁹.xxviij. ait. Et vir peccator turbabit amicos: ꝛ in medio pacē habentiū immittit inimiciciā

quia vt Salomon Prouerb.xvij.dicit.semper iurgia querit malus.ideo Psal.in psalmo.xxxvj.ait. Noli emulari in malignātibus: nec zelaueris facientes iniquitatē. Nam nulli dubium est: quin iste cōfederationes sub predicta lege & conditione quam ais parum aut nihil differant a cōiurationibus seu cōspirationibus:que ex omni iure damnantur.vt. s. de iure diuino satis ostēditur.et de iure pontificio in concilio africano.prout in.c.cōiurationum. & in.c.conspirationū.& in.c.si qui clerici.cum duobus sequētibus. & in.c.statuimus.xj.q.j.& in.c.cōspiratores.iij.q.iiij.& in.ca.cum i.& a.de regu.iu.videtur constare.nam nil aliud videtur coniuratio seu cōfederatio sonare/ quam amicitiā & fedus i aliquos particulare in preiudicium & turbationē aliorū facere.vt in cle. pastoralis.in.§.sane.de re iudi. & in locis preallegatis.qd sine peccato & transgressione iuris diuini & pōtificij/quorū intentio tendit ad salutem animarū/ vt supra fieri non potest. nec valet vt quis ab amore proximi recedat: & conturbationē proximo imponat. Nam vt apostolus ad Galathas.v.ait.Qui autē cōturbat vos/portabit iudicium quicūque est ille.quia vt Salomon Prouerb.xvij. dicit. Omni tēpore diligit qui amicus est.nā de iure diuino qui in alium finem vltimū actum constituit quam deum/ infideliter agit & videtur idolatrare.Si ergo iungat quis amicitiam vt ex alia parte diuisionem & turbationē faciat / alium vltimū finē ad quē actus dirigit ponit quam deū.qd nihil ab idolatria differt.vt doctores super illud verbum Judicū viij.c.percusserunt cum Baal fedus vt esset eis in deum/optime hoc dicūt.Ex quibus constat:quod nō liceat alicui principi seculari cū infideli nec cū fideli/nec de iure diuino.vt sup.nec canonico nec ciuili cōfederationē sub dicta conditione facere. nam vt in.l.si quis.in prin.C.ad.l.iuliam. maiestatis prout trāslata & approbata est in.c.si quis cum militibus.vj.q.j. prohibetur ne fiat coniuratio aut cōfederatio cū militibus siue priuatis barbaris.& si talis cōfederatio vt.s.apud seculares videtur prohibita ac aliena ab omni catholico & charitate:a fortiori apud summū pontificem christi vicariū:cui iniunctum est:vt indistincte & vniuersaliter in toto orbe omnes oues sine personarum acceptione teneat & pascat in pace cum Petro. & in sui personam eius successoribus ipse deus.Joan.vlti.ait.Pasce agnos meos: pasce oues meas.& sic assumptus in plenitudinē potestatis.vt in c.decreto.& in.c.qui se scit.ij.q.vj.& in.c.ita dominus.xix.distin.

τ in.c.loquitur dominus.τ in.c.manet.τ in.c.quodcunq.xxiiij.q.j.τ in.c.quis.τ in.c.in nouo.xxj.di.τ in.c.aliorũ.τ in.c.cuncta per mundum.τ quasi per totum.ix.q.iij.τ in.c.ad honorẽ.de au ctoritate τ vsu pallij.τ in.c.significasti.de electio.nam vt beatus Bern̄.in suo.ij.lib.de cõsideratione ad Eugeniũ ait. Tu es cui claues tradite sunt: cui oues credite sunt. Sunt quidem τ alij celi ianitores: τ gregum pastores:sed tu tanto gloriosius quãto differentius vtrũq pre ceteris nomen hereditasti. Habẽt illi assignatos sibi greges:singl'i singl'os: tibi vniuersi crediti:vni vnus. nec modo ouium/sed τ pastorum omniũ tu vnus pastor. Unde id probem queris ex verbo domini.cui enĩ non dico episcoporũ. sed etiã apostolorũ sic absolute τ indiscrete cõmisse sunt oues: Si me amas Petre/pasce oues meas.qs: illius vel illius popu los ciuitat'/aut regiõis/aut certe regni oues meas inquit. Cui non planũ:non designasse aliquas/sed assignasse omes. Nihil ex cipitur vbi distinguitur nihil τc. Ergo iuxta canones tuos alij in partem sollicitudinis/ tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis artatur limitibus: tua extẽditur et in ipsos qui super alios potestates accep[er]ũt. τ hec Bernard9.

Et sic summus pontifex christi vicarius ad quem regum status τ omniũ fidelium disponere pertinet:qui super gentes τ regna a domino constitutus est vt euellat/dissipet/edificet/τ plantet:et tanq christi summi regis/regum vice fungens in terris: ac omi um viuorũ iudex vniuersalis/ rector τ pastor:indistĩcte τ vniuer saliter debet omnes oues tenere in federe τ cõfederatiõe ac vni one vniuersali:τ noxia τ scandala submouere. vt anime subdito rum sibi cõmisse/ex sua diligentia τ vigilantia viuentes quiete τ tranquille dirigantur in patriã.quia Judith.viij.ait. Et nũc fra tres quoniã vos qui estis presbyteri in populo dei:τ ex vob pen det anima illorũ:ad eloquium vestrũ corda eorũ erigite. Nã vt Julianus papa prout habet in.c.officij nostri.xxiij.q.j.ait. Offi cij nostri cõsideratione non est nobis dissimulare: non est tace re libertas/quibus maior cunctis christiane religionis zelus in cumbit. nam Jnno.papa.iiij.in concilio generali Lugdu.prout habetur in.c.j.de homicidio.lib.vj.ait. Et mortem tandẽ subiẽs temporalẽ dei filius Jesus christus:ne gregem sui precio sangui nis gloriosi redemptũ/ascensurus post resurrectionẽ ad patrem absq pastore desereret:ipsius curã beato Petro apostolo vt sue

ſtabilitate fidei ceteros in chriſtiana religione firmaret: eorūq̄ mentes ad ſalutis opera ſue accēderet deuotionis ardore/com miſit. vnde nos eiuſdē apoſtoli effecti/diſponente domino licet immeriti ſucceſſores: τ ipſius redemptoris locum in terris q̄q̄ indigne tenētes: circa gregis eiuſdē cuſtodiam ſollicitis excita ti vigilijs/τ animarū ſaluti iugis attētione cogitatiōis intende re/ ſubmouendo noxia τ agendo ꝓfutura debemus. vt excuſſo a nobis negligentie ſomno/noſtriq̄ cordis oculis diligentia ſe dula vigilātibus/aīas deo lucrifacere ſua nobis cooperāte grā valeam⁹. τ in. c. j. de officio legati. e. li. idē Inno. optime ait. Of ficij noſtri debitū remedijs inuigilat ſubditorū. quia dū eorū ex cutimus onera: dum ſcandala remouemus/ nos in eorū quiete quieſcimus: τ fouemur in pace. τ in. c. ad apoſtolice. de re iudi. e. li. idē Inno. ad Fredericū ꝑncipē ait: ꝙ nos τ frēs noſtri q̄tū in nobis erat/pacē ꝑ oīa ſecū habere: nec nō cū oībus hoīb⁹ opta bamus: parati ſibi pacem τ tranquillitatē dare/ac mūdo etiam vniuerſo. Itaq̄ pōtifex vniuerſaliter inter oēs catholicos debet tenere/ſollicitare/τ ꝓcurare quietē τ pacē. Nā Clemēs. v. i. cle. paſtoralis. de re iudi. in ꝑn. ad ꝓpoſitū ait. Paſtoralis cura ſolli licitudinis nobis diuinitus ſuꝑ cunctas chriſtiani populi natio nes iniuncta/nos inuigilare remedijs ſubiectorū: eorundē pe riculis obuiare τ ſcādala remouere compellit. Et Bonifacius octauus in proemio ſexti dicit. Regimini preſidentes/ſollicita mur curis cōtinuis: τ aſſidua meditatione vrgemur: vt iuxta credite nobis diſpenſationis officiū/ſubditorū cōmodis/in quo rum ꝓſperitate vtiq̄ proſperamur/iugi quantū nobis ex alto cō ceſſum fuerit ſolicitudinis ſtudio intēdamus. amplectimur q̄p pe volūtarios pro ipſorū quiete labores: τ noctes q̄nq̄ trāſim⁹ inſomnes/vt ſcādala remoueamus ab ipſis. Et Gregorius non⁹ in proemio decreta. dicit. Rex pacificus pia miſeratione diſpo ſuit ſibi ſubditos fore pudicos/pacificos: ac voluit tales ꝑ ſuos vicarios fieri τ cōſeruari. nā vt ipſe deus ꝑ Eſaiā. xlix. de ſummo pontifice eius futuro vicario ait. Dedi te in lucē gentium: vt ſis ſalus mea vſq̄ ad extremū terre. τ dedi te in fedus populi/ vt ſu ſcitares terram. ſ. curam τ pacem eius tenendo indiſtincte. cum ſibi omnes agnos τ oues ſine aliqua diuiſione cōmiſit. qui vt bo nus paſtor tenetur vigilare iuxta curam et onus ſibi iniunctū: vt per ſe τ ſuos prelatos prouinciales/ ſeu commiſſarios teneat

omnes catholicos tranquillos ac quietos in pace. vt in. c. studē dum. xc. di. vbi conciliū ait. Studēdū est episcopis: vt desiden tes fratres siue clericos/ siue laicos ad pacē magis q̄ ad iudiciū coerceant. et si hoc in contendentes de iure. vt in. c. vnico. de mu tuis petitionibus. et in. c. grauis. de deposito. a fortiori in ꝯtendē tes de facto. vt in. c. placuit. et in. c. precipimus. et perlatum eadē. xc. distin. et bene per Alexandrum. iij. in concilio lateranē. ꝑut habetur in. c. j. de treuga et pace. vt ipse deus colatur ac veneret ab omibus catholicis in vnione/ quiete/ et pace. Nam vt beatus Cyprianus/ prout habet in. c. alienus. xxiij. q. j. ait. Alienus est/ profanus est/ hostis est: habere non potest deum patrē/ qui vni uersalis ecclesie non tenet vnitatē. Idē dominus cū discipulis suis ait/ vt vnanimitatē suaderet et pacē. Dico inquit vob si duo ex vobis ꝯuenerint zc. Nā vt beatus Aug. ad Bonifaciū. prout translatū est in. c. ipsa pietas. xxiij. q. iiij. in. §. cōuiuium. dicit. Cō uiuium dn̄i est vnitas corporis chr̄i: nō solū in sacramēto altaris/ sed in vinculo pacis. in qua vnione et vinculo pacis ex vigilātia et pietate pastoris/ cultus diuin⁹ augebit: ac ecclia dei muneri bus et oblationibꝰ fidelium illustrabit. nam vt. ij. Machab. c. iij. littera in principio ait. Igitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace: leges aūt adhuc optime custodirentur: ꝑpter Onie pontificis dispositionē/ et animo odia habētes mala fiebat: vt et ipsi reges et ꝑncipes locū summo honore dignū ducerēt: et tem plum maximis muneribus illustrarēt. Cui⁹ causa si summus pon tifex christi vicarius/ per denunciationez euangelicam ac corre ctionem fraternam non valet impedire principes: vt a bello ac molestia et oppressione fidelium desistant: oportet vt iuxta ipsius christi doctrinam Matthei. xviij. exeat/ ac veniat in actum iusti cie: et procedat per censuras et penas contra inobedientes ac ꝑ tinaces et deuiantes et recedentes a precepto diuino/ de dilectio ne proximi et pace tenenda et charitate: et sic contra peccantes mortaliter. vt in dicto capit. nouit. de iudicijs. et in dicto. ca. ad apostolice. de re iudi. lib. vj. et in dicta cle. vnica de iureiuran. et in dicta clemen. pastoralis. de re iudica. vt istorum spiritus salui sint in interitum carnis. vt apostolus ad Corinthios. cap. v. ait. Tradere huiusmodi hominem sathane in interitum carnis: vt spiritus saluus sit. cum vt beatus Augustin. contra mani. prout habet in. c. ille gladiū. xxiij. q. iiij. i. c. itē cū. dic. Et nouerit aliqū

pastorem flagello errātia pecora reuocare. Nam vt idē beatus Augu. super Jo. iij. prout habetur in. ca. quando. xxiij. q. iiij. ait. Hoc enim affligitur vt reuertatur.

Discipulus rep[...] ¶Dis. Videtur ꝙ aliquo iure opinio tua nō possit stare: nec excusari a contradictione valeas. Nā ꝙ dicis: fuit licitū machabeis ac a deo pmissum prout in dicto. c. viij. ⁊ xiiij. confederationem ⁊ amiciciā cū romanis aduersus alios infideles facere: ex ratione tua/seu fundamento hoc stare non valet. cum vt dixi tu ipse presupponis contrariū: cū ad illud qđ deus ait populo Israelitico Exod. xxiij. Inimicus ero inimicis tuis, dicis ꝙ hoc fuit hac de causa: quia inimici dicti populi israelitici erant infideles ac idolatre. ⁊ sic ipsi⁹ dei ⁊ eius cultus inimici et aduersarij: ⁊ ad excludendū argumentū a contrario sensu assumptū Deuteronomij. vij. ⁊ Judicū. ij. vbi videbatur phibitio facta dicto populo ac Josue ab ipso deo: ne cum hominibus illius patrie amiciciam seu confederationē facerent. asseris eandē prohibitionem ex eadem causa ⁊ ratione extendi ad omnes alios cuiuscūq; patrie ⁊ natiōis idolatras. Pro cuius corroboratiōe adduxisti verba Jehu ad Josaphat. ij. Paral. xix. ibi. Impio prebes auxiliū: ⁊ his qui oderūt dominū amicicia iungeris. Ex quo fundamento ⁊ ratione si placet/videtur ꝙ machabei non potuerūt sine crimine amiciciam ⁊ confederationē cum romanis facere: cū nullus valet eos excusare tunc ab idolatria: ⁊ sic vt inimici dei ⁊ ei⁹ cultus aduersarij erāt ab illo populo vt idolatre euitādi. Itaq; semper videtur predicta opinio possit stare: ꝙ liceat principi christiano: vt machabeis cū alio fideli aut infideli fedus inire ⁊ confederationē facere. Pro cuius corroboratione videtur faciat satis predicta auctoritas ex primo. Regū. xxviij. et. xxix. vbi Dauid obtulit adiutoriū ⁊ confederationē Achis regi Geth infideli. ⁊ non stetit per Dauid ꝙ ei adiutoriū non prestasset. Fateor tamē non multum faciat ad propositū/seu principalē questionē dictū c. iulianus. licet ſm Innocentiū. Hostiē. Jo. Andream ⁊ alios videtur probare: ꝙ fidelis potest prestare auxilium infideli/ seu pagano. nec videtur mihi ex veteri testamento. ita pax vniuersaliter iniuncta sit. cum in libro Judicū. c. ix. littera ait. Misitq; dominus spiritū pessimū inter Abimlech ⁊ habitatores Sichen. s. ad suscitandū discordiā. ⁊ nonnunq̄ in sacra scriptura videm⁹: liceat fidelibus cōtra alios bellare ⁊ persequi inimicos ⁊ aduer-

sarios.z sic diuidere pacem ac vnionem vniuersalem.ex qua vni
one z ex eius fundamēto z ratione voluisti predictā confedera-
tionē ab omni iure excludere ac dannare.nam tu vides post pre
dictam prohibitionez de pace faciēda a deo dicto populo facta/
ipse deus Leuiti.xxvj.dicto populo ait. Persequimini inimicos
vestros.z in dicto.c.Deutero.vij.deus dicto populo dixit. Per
cuties eos vsq ad internitionē.z.ij.Regū.c.xxij.Dauid ait.Per
sequar inimicos meos:z conteram:z non conuertar: donec cō
sumam eos.consumā eos z cōfringam/vt non consurgant.dele-
bo eos de puluere.Hoc idem ipse propheta ait in psal.xvij. hoc
idem fecit ipse Dauid in dicto primo Regum.xvij.vbi omni die
persequebatur conuicinos illius patrie in qua manebat/z de bo
nis ipsorum faciebat predam absq eo q illi darent sibi aliquam
molestiam.hoc videtur approbatum per ecclesiam z eorum do
ctores/vt persequātur iniqui z praui sine misericordia.prout be
atus Ambro.in suo.j.lib.de officijs.prout habetur in.c.est iniu
sta.xxiij.q.iiij.ait.Scriptum est de quodam.non misereberis il-
lius.z in lib.Regum legitur:q Saul contraxit offensam: quia
misertus est Achab hosti regio. nam beatus Augustinū.prout in
c.quando.z in.c.nimiū.cadē ca.z.q.exortatur ac cōmendat prin
cipes procedentes contra iniquos seu delinquentes.Nā vt ipse
beatus August.in lib.de ciui.dei.prout habetur in.c. quicunq
xxiij.q.vlt.ait.Quicūq percutit malos in eo q mali sunt: z ha
bet vasa interfectionis / minister dei est.Hoc idez beatus Hiero
nymus sup Ezechielē.prout habetur in.c.qui malos.xxiij. q.v.
Itaq videtur ex omī iure:liceat hominibus persequi inimicos
z aduersarios.immo videmus Matth.x.magister noster ait. No
lite arbitrari: quia venerim pacem mittere in terrā.non veni pa
cem mittere: sed gladium.veni enī separare hominez aduersus
patrē suum:z filiam aduersus matrē suaz.z sic videtur: nōnunq
a deo fiat inter gentes diuisio.Et vt reuertamur ad casum: vi-
detur mihi non multum obstet ad predictam cōfederationem
hoc quod ais:q cōfederatio nihil distet a coniuratione/seu con
spiratione.Nam salua reuerentia: aliud est confederationē fa-
cere/ z amiciciā inter aliquos iurare:aliud coniurationē aut cō
spiratione: que simpliciter z proprie sonat in maluz:z contra su
periorē.quare tū damnatur z punitur iure.vt in.d.c. coniurati
onum z conspirationū.z si qui clerici et alijs.xj.q.j.et in dicta.l.si

quis.C.ad.l.iuliam.maiestatis canonizata.vi.q.i.que expresse lo-
quitur contra subditos conspirantes/cōtra imperatores et suos
collaterales.secus vt dico/si tres aut quattuor principes faciūt
amiciciā inter se et cōfederationē se mutuo iuuādo:in quo nullū
crimen videntur committere. nam nulli dubium: confederatio
videatur approbata ab omni iure et ecclesia. vt diximus de ma-
chabeis cum romanis: de Jonatha cum Dauid: de Dauid cū
senioribus Israel in hebron coram domino. Cuius causa vide
mus: contra recusantes et nolentes obseruare confederationē
initam et factam/ecclesia ad eius obseruantiam cōsueuit per cē-
suras et penas procedere: ac compellere sic confederatos.vt in.
ca.nouit.de iudi.vbi stante bello inter regem Francie et Anglie/
Innocentius tertius papa.ad iustificandum processum contra
regem Francie/ adducit federa pacis inter ipsos reges proprio
iuramento firmata.facit tex.in.c.omne.xxii.q.i.vbi federa appro
bātur.et consuluit conciliū toletanū: vt pro conseruatione et va
liditate federis interueniat iuramentū in federe: vt in re licita.
quia al's iuramentū superfluū et temerarium. Immo videt aliud
magis graue: quod sit cōfederatio iusta ac licita inter summū pon
tificē et imperatorē aut alium secularē.cum Inno.iiii.in cōcilio
prout habetur in.d.c.ad apostolice.de re iudi.li.vi. allegat cōfe
derationē inter Fredericū imperatorē et ecclesiā initā et factā:cō
tra quā impator nō debebat venire. Idē pbat in.c. ego.lxiii.di
stin.in fi.vbi Ludouicus impator de pōtifice Pascali ait. Et dū
ɔsecratus fuerit/legati ad nos vel ad nostros successores reges
francorū dirigantur: qui inter nos et inter illam amiciciam/cha
ritatē et pacem consociēt.ac etiā quia pluries ecclesia seu papā re-
quisiuit adiutoriū ab impatore et aliis pncipibus/in necessariis
ecclesie et aliis oppressis:tanquam ab habētibus amiciciā et ɔfedera
tionē. Nec si placet/oīs cōiuratio aut ɔspiratio videt de iure dā
nata. Nā fm subiectā materiā a iure pmittit et approbat et assu-
mitur in bonā partē.vt in.c.sane.xvi.q.vii.et in pluribus aliis ca-
sibus/quos ponit Inno.in.c.i.de scisma.quos refert Joan.an-
dree/et alii doctores in.c.exhibita.de iudi.vbi videt:quod indistincte
cōspiratio/et a fortiori cōfederatio non dānetur p doctores: nec
excludatur a iure.immo videtur pmissum: vt liceat principi chri
stiano vt supra/cum aliis confederationem facere.immo iniun-
ctum pro defensione sua et suorum/et conseruatione ac quiete et

pace reipublice: et permaxime cum vicinis/ et quorum bello et diuisione magis respublica leditur ac turbatur/q̄ a remotis seu ab extraneis: quia ex vicinitate sequitur cōmodum vel incōmodum. vt Senec. xix. ꝛ in. c. pisanis. de resti. spo. in pn. ꝛ in. ca. sedes cōtinuo. de peni. di. j. ꝛ in. c. sacris. de sepulturis. ꝛ in. c. si ciuitas. de senten. excō. li. vj. ꝛ in. c. vnico. de consecra. ecclesie vel altaris. eod. lib. Cuius cā postq̄ princeps habet curam ꝛ tuitionem illius ciuitatis: vt faciat ea que pertinēt ad suum officium a deo sibi iniunctum: et ea que pertinent ad suam dignitatem/in pacificatione ac quiete ꝛ tranquillitate subditorum: et hac de causa faciat confederationem cum alijs: videtur magis mereatur q̄ peccet aut iniustum faciat. Nam habemus in capitu. dilecto. in. §. equidem. de senten. excommunica. lib. vj. quid Innocentius tertius in concilio Lugduneñ. de adiutorio ait. Equidem cum liceat cuilibet suo vicino/vel proximo pro repellēda ipsius iniuria suum impertiri auxilium: immo si potest ꝛ negligat videatur iniuriantem fouere/ ac esse particeps eius culpe. Nam vt beatus Ambrosius in suo primo libro de officijs. prout trāslatum est in c. fortitudo. xxiij q. iij. ait. Fortitudo que bello tuetur a barbaris patriā/vel domi defendit infirmos/vel a latronibus socios: plena iusticia est. Nam vt ipse Ambrosius in eodē li. de officijs. prout habetur in ca. non inferenda. eadem ca. ꝛ. q. dicit. Non inferēda/sed depellenda iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam si potest: tam est in vitio/q̄ ille qui facit. Unde sanctus Moyses hinc prius orsus est tentamenta imbecillis fortitudinis. naꝫ cum vidisset hebreum ab egyptio iniuriam accipienteꝫ: defendit ita/vt egyptium prosterneret atq̄ in arena absconderet. ꝛ sic videtur: iuuare socios infirmos/amicos ꝛ proximos plena iusticia sit. et a fortiori subditos: in quorum tuitione ac protectione princeps tuetur ꝛ conseruatur in eorum conseruatione/tranquillitate et pace tenetur vigilare: ac confederationē predictā cum quibus et quando viderit expedire facere.

¶Ma. Antecq̄ veniā ad aliud volo dicere: q argumētū p se assumptum ex. viij. ꝛ. xiiij. Machabeorū. nihil obstat: nec excludit absolutionē datā ad illud Exod. xxiij. vbi deus dixit populo israelitico. Inimicus ero inimicis tuis: quia est ibi ꝛ militat alia ratio/que non est nec militat in causa machabeorum cum romanis. quia vt iam dixi: hoc licebat machabeis multis ex causis.

Primo q: iniuste z de facto opprimebãtur a gẽte Sirie z Persa rum: ad quam oppressionẽ euitandaȝ in sui defensionẽ legis et patrie.vt.s.satis ostensum est/erat licitũ machabeis ac pmissum amiciciã z ꝯfederationẽ cũ romanis facere. Nã licet ipsi romãi fuissent infideles z idolatre in reb⁹ belli/z cũ amicis z cõfedera tis erãt bone cõditionis: vt postillator z alij doctores iuxta lit teram dicunt in.d.c.viij.z in cultu diuino: z tangentibus legem nullum dabant impedimentũ: nec aduersabantur/immo gaude bant de sacerdotio z sacerdote eorũ.vt satis constat in dicto.ca. xiiij.ꝙ secus erat de illis.Deutero.vij.z Judicũ.ij.vbi fuit facta probibitio de federe/ seu confederatione cũ gente illius patrie. quia pcurabant corrumpere mores illorũ de populo Jsrael:z re ducere eos ad idolatriã/prout constat fecerunt.vt.Esdre.j.c.ix. z Esdre.ij.c.viij. Et boc idem erat de gente Sirie z Persaruȝ: quorũ intẽtio principalis erat trabere machabeos ad idolatriã. vt pluries traxerunt.vt satis constat.j. Machab.et successiue in aliis. Nam si bene aduertisti causa probibitionis Exod.xxxiiij. fuit precipua z maxima:ne ex amicicia aut cõfederatione/seu af finitate populus israeliticus traberetur ad idolatriã: vt dixi fue runt multi tracti.z Salomõ.vt.iij.Regũ.c.xj. qua causa cessan te:in romanis z machabeis manifeste est probibitio. cum deus ibi Exodi.xxxiiij.dicto populo dixit. Caue ne vnq̃ cum babita toribus terre illius iungas amicicias/que sint tibi in ruinã. sec⁹ ad ruinam euitandã z eorum personas z legeȝ paternam z eius cerimonias cõseruandas.vt faciebant machabei ex amicicia et confederatione romanorũ.vt satis probat.vt dixi in dicto.xiiij. c.que causa pbibitionis.Deutero.vij.z Judicũ.ij.semper erat: ne ille populus amiciciam z confederationẽ cum gente illa face ret.Et permaxime:quia erat alia causa dicte probibitionis.quia gens illius patrie detinebat patriam populo predicto pmissam a deo:contra cuius promissionẽ ac pbibitionem non licebat pre dicto populo amiciciã aut confederationẽ facere.vt satis probat Josue.xxj.z.ix.vbi gabaonite sub fraude z simulatione venerũt ad Josue.cui atq; filijs Jsraeli dixerũt.De terra longinqua ve nimus/pacem vobiscum facere cupientes.Responderunt filij Js rael ad eos. Ne forte i terra que forte nob' debet babitetis.et nõ possimus fedus inire vobiscum.sc;ratione predicte probibitio nis z pmissionis patrie.que vt in.c.xix.sorte diuisa est per tribus

suas. Ex quibus non posset inferri: stante opinione Innno. Do
stiensi. et alioꝝ in dicto. c. qđ super his. de voto. ꝙ terra sancta que
ex natiuitate/cõuersatione et passione Jesu christi: nec nõ vt do
ctores dicunt in. c. ad apostolice. in. §. nos itaqꝫ. de re iudi. li. vi.
ratione regni Sicilie debetur ecclesie: cuiꝰ causa papa iuste con
cedit indulgentias euntibus in recuperationẽ terre sancte: vt
christus vbi passus est/ibi colatur a christianis: ꝙ nec ipse papa/
nec alter princeps christianus posset cõponere amiciciã cũ Sol
dano/aut machometanis detinentibus dictã terram sanctam.
licet dicat dictus Innocẽ. ꝙ iuste eam possideãt. quod satis est
mirandũ: ꝙ iuste possideant: et iuste possent debellari. vt in. c. dis
par. xxiij. q. viij. et in dicto. c. qđ sup his. et in. c. ex multa. đ voto. vbi
tenet votũ in succursum seu liberationẽ terre sancte/tãꝗ de bel
lo iusto et licito. vt probat textus. in. c. non inuenitur. xxiij. q. iiij.
Sed videtur ex supradicta doctrina Judicũ. viij. satis ꝓbabille:
licet contra opinionẽ aliquoꝝ in dicto. c. qđ sup his. ꝙ macho
metani ponentes ac tenẽtes cultum diuinũ in alium vltimũ finẽ
ꝗ verum deum trinũ et vnũ/teneantur et reputentur a fidelibus
vt idolatre: et tanꝗ tales et ꝑtinaces possent debellari ac ꝑsequi
a christianis ex predicta ratione Leuitici. xxvi. pro cuius corro
boratione facit satis. ij. Regũ. c. xij. in fine. vbi videtur: Dauid iu
ste persecutos est filios Amon qui occupabant ciuitatem regiã
pro idolatria/et idolo melcho quod colebant in deum et regẽ eo
rum. et hoc modo et in simili casu debes intelligere oẽs aucto
ritates sacre scripture/et beati Augustini/et beati Ambrosij/et be
ati Hieronymi et alioꝝ sanctorum patrũ: quos adduxisti ad pro
bandum: ꝙ liceat fidelibus persequi malefactores. s. aut ex reue
latione seu iussione diuina. cum vt beatus Augustinus in libro
questionũ. prout habetur in dicto. c. dñs. xxiij. q. ij. dicat. sed hoc
genus belli sine dubio iustũ est qđ deus imperat: qui nouit qđ
cunqꝫ fieri debeat: et sicut dicimus de Moyse Exodi. xxxij. cui li
citum fuit ex reuelatione diuina interficere fabricantes vitulũ.
vbi beatus Augusti. contra Faustum. prout habetur in. c. quid
crudele. xxiij. q. iiij. ait. In paucos eoꝝ vindicans gladio/quos
deus ipse quem offenderant alto et secreto iudicio feriendos vo
luisset mox feriri: et in presenti salubriter terruit: et disciplinam in
posterũ sanxit. Et hoc idẽ dicimꝰ de Phinees. Nume. xxv. qđ re
fert Chrysostomus super Mattheum in homilia. xvij. qđ trãslã

tum est.xxiij.q.viij.in.c.occidit Phinees hominem:et reputatum est illi ad iusticiam.et sicut fecit David primo Regum.in dicto.c.xxvij.et.ij.Regum.xxij.et in supradicto.c.xij.et in pluribus alijs locis. Aut licebit ex officio et administratione punire iniquos et delinquentes.et tunc non ex rācore. Aut ex propria vindicta:sed ex zelo dei et vindicta et satisfactiōe iusticie.et hoc modo loquitur beatus Augusti.in dicto.c.quādo.et in capi.nimium.xxiij.q.iiij. vbi excitat principes vt dei ministros: procedant contra hereticos/scismaticos/et alios malefactores:et permaxime cōtra illos a quibus principaliter deus offendit. ex qua offensiōe nonnūq̄ puniuntur alij qui in eodē scelere/seu delicto non deliquerūt. vt bene ipse beatus Augustinus prout habetur in.c. si ea.xxiij. q.iiij.ait. Si ea de quibus vehementer deus offenditur/insequi vel vlcisci differimus:ad irascendum vtiq̄ diuinitatis patientiā prouocamus. Nonne Achor filius Zare preterijt mandatū domini:et super omnem populū Israel ira eius incubuit:et ille erat vnus homo:atq̄ vtinam solus perijsset in scelere suo. hoc idem legitur Josue.vij.vbi propter peccatum Achan multi de populo israelitico ceciderunt in bello. Nam vt beatus Gregorius in homelia prout habetur in capi.si is qui prelatus.xxiij.q.iiij. ait. Si is qui prelatus est debitori dominico culpas impune dimittit:nō mediocriter profecto ostēdit/que debita celestis regis et domini sua presumptione resoluit.ea nanq̄ que in nobis cōmittuntur facile possumus dimittere: ea vero que in deum cōmissa sunt cum magna discretione nec tamen sine penitentia possum⁹ relaxare.ideo primo Regum.capi.ij. Heli summus sacerdos ad filios suos ait. Si peccauerit vir in virum:placari ei potest de⁹ Si autem in deum:quis orabit pro eo? q.d. nullus.cuius causa beatus Augustinus super Joan.iij. prout habetur in dicto. capi.quando.xxiij.q.iiij.monet principes vt procedant ad correctionem et punitionem aduersus hereticos/ aduersus scismaticos/aduersos dissipatores ecclesie/aduersus exsufflatores christi/aduersus blasphematores christi. hoc idem ipse beatus Augustinus prout in.c.non inuenitur.ea. causa et q. hoc idem Gregorius papa prout habetur in.c.si quos.ea.xxiij.q.iiij.ad Brunichildam reginam francorum scribit. Si quos igitur violentos: si quos adulteros/si quos fures vel alijs prauis actib⁹ studere cognoscitis:deum deorū correctiōe placare festinate: vt p vos

flagellum perfidarum gentium/ qd̄ q̄tu3 videmus ad multarū nationum vindictam excitatum est/non inducat. ne si qd̄ nō cre dimus:diuine vltionis iracundia sceleratorū fuerit actione cōm mota:belli pestis interimat quos delinquentes ad rectitudinis viam dei precepta non reuocāt. Et hoc idem alij summi pontifi ces τ permaxime contra hereticos τ scismaticos:ne ex delicto τ negligentia correctionis deus irascatur.vt.s.prouiderunt.vt in c.displicet.cum alijs sequentibus eadē.xxiij.q.iiij.τ in.c.ad abo lendam. τ vergentis.τ quasi per totu3.de hereticis. Nam vt be atus Hieronymus ad Ripariū.prout habetur in.c.legi.xxiij. q. viij.ait. Nō est credulitas crimina p deo punire/s3 pietas. Itaq3 ex 3elo dei τ ad vindictam τ satisfactione3 iusticie mali τ peruer si τ iniqui puniendi sunt:τ non ex rancore: nec ex vindicta priua ta. prout debes tenere ea que dixisti in proximo articulo.na3 vt beatus Augustinus contra Cresconium grāmaticum prout ha betur in.c.quisquis.xxiij.q.iiij.ait. Quisquis christianus iniquū persequitur/christi est inimicus. veru dicis:si non hoc in illo p̄ sequitur qd̄ christo est inimicum. quia vt littera ait in.c.mali.ca. causa τ.q.x vindicta inferenda est non amore ipsius vindicte/ sed 3elo iusticie:non vt odium exerceatur/sed vt prauitas corri gatur.facit textus in.c.inter querelas.ca.cau.τ.q. Cuius causa beatus Augustinus de sermone domini in monte.libro primo. prout habetur in capi.ea vindicta.eadē.xxiij.q.iiij.dic. Ea vin dicta que valet ad correptionem/ non prohibetur.quia fit 3elo dei τ administrationis iusticie/τ non ex rancore τ priuata vindi cta: que ex omni iure damnatur. Cuiꝰ causa habentibus admi nistrationē vt dei ministris data est/vt supra/facultas delinquē tes puniendi.vt beatus Augustinus τ beatus Hieronymus et alij sancti patres scribunt τ prouidēt: prout habetur in.c.sex.et in.capi.cum minister.et in.capitu.officia.et in.capi. cum homo τ in.c.nō est.τ in.c.homicidas.τ quasi p totū.xxiij.q.v.τ hoc ne gligētes aut recusantes grauiter peccāt.vt hn̄ tex.in.c.miles.ca. cau.τ.q.ait. Miles cū obediēs potestati sub qua legitime cōsti tus est/ hominē occidit: nulla ciuitatis sue lege reꝰ ē homicidij. imo nisi fecerit/reꝰ est impij deserti atq3 contēpti. q si sua spōte atq3 auctoritate fecisse3 / i crimē effusi humani sanguinis incidisse3: itaq3 vñ punit si fecerit iiussus inde puniet si nō fecerit iussus.B. idē in.c.homicidiū.ca.ca τ.q.τ in loci pallꝰ itaq3 ad deū placādū

rare de manu calumniantiũ vi oppressos: ⁊ peregrinis pupillisq́ ⁊ viduis/qui facilius opprimũtur a potentibus/prebere auxiliũ hoc idem in.c.administratores eadem cau.⁊.q.i.hoc idem per beatum ambrosiũ in lib.i.de officijs. prout habetur in.c. fortitudo.⁊ in.c.non inferenda.xxiij.q.iij.nam vt Eccl'iasticus.iiij.clamat. Libera eum qui iniuriã patitur de manu superbi. q: qui potest obuiare ⁊ perturbare peruersos/⁊ non facit: nihil est aliud q̃ fauere impietati eorũ.vt in.c.qui potest eadẽ.xxiij.q.iij.quia error cui non resistitur/approbatur.vt in.c.error.lxxxiij.di.in quorum oppressorũ adiutoriũ/⁊ principaliter ecclesie ⁊ ad impediendum oppressiones ⁊ oppressores corrigendũ ac puniendum pertinaces/summus põtifex christi vicarius: cui vniuersaliter seu indistincte/vt dixi/cura agnos ⁊ oues regẽdi ac pascẽdi ab ipso deo tradita est: licite potest ⁊ meritorie/ postq̃ post denunciationẽ euangelicã ⁊ correctionẽ fraternã per cẽsuras ⁊ penas vt supra non corriguntur: cõuocare ac astringere imperatores/et principes christianos: qui pmiserunt preceptis ⁊ mandatis ecclesie parere ⁊ obedire: ⁊ tenentur per maxime oppressores ecclesie ⁊ pupillorũ ⁊ viduarum/ac turbantes quietẽ ⁊ pacem ecclesie impugnare ⁊ punire.vt in.v.concilio cartaginẽsi/prout habetur in.c. ab imperatoribus.xxiij.q.iij.⁊ in.c. boni principis.⁊ in.c. si imperator.in fine.xcvj.di.⁊ in.c.quia sancta.⁊ in.c.tibi domino.⁊ in.c. valentinianus.in fine.⁊ in.c.adrianus.i.ij.lxiij.di.et in dicto.c. administratores.⁊ in.c.regum.⁊ in.c.incestuosi.⁊ in.c.reos.⁊ in.c. non frustra.xxiij.q.v.⁊ per beatum Ambrosiũ in lib. de patriarchis.prout habetur in.c.dicat.ea.ca.⁊.q.⁊ optime per beatum Augustinũ. prout habetur in.c.non inuenitur.et in.c.si ecclesia xxiij.q.iiij.⁊ in.ca.c.[illegible]tianis.in fine.xj.q.i. Nam vt beatus Isidorus/ put habetur in.c.principes.xxiij.q.v.dicit. Principes seculi nonnunq̃ intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenẽt: vt per eandem potestatẽ disciplinã ecclesiasticã muniant. ceterũ intra ecclesiã potestates necessarie non essent: nisi vt qd non preualent sacerdotes efficere p doctrine sermonẽ/potestas hoc imperet per discipline terrorẽ. Sepe per regnũ terrenũ celeste regnum proficit.vt qui intra ecclesiã positi/contra fidem ⁊ disciplinam agunt: rigore principũ cõterantur. ipsamq́ disciplinã quã vtilitas ecclesie exercere nõ pualet/ ceruicibus superborũ ptãs principalis imponat.⁊ vt venerationẽ mereamur virtutẽ potestatis

impertiatur: cognoscāt principes seculi deo se debere esse reddi-turos rationem propter ecclesiā quam christo tuendā suscipiūt. nam siue augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes: siue soluatur: ille ab eis rationē exigit qui eorū ptāti suā eccl'iam tradidit. Ex quibus oībus supradictis ac multis alijs/ qđ esset lōgum adducere seu narrare: cōstat satis: omēs principes ac fideles christiani vt boni filij debēt esse: put de iure tenenť in obedientia/ vnione/ amicicia et cōfederatione cū papa: vt membra cum capite: sine eo/ qp ipsi principes veniant in aliquā confederationē particularē/ aut amiciciā ex cōtractu cū christi vicario: postqꝫ ad illā ex omi iure tenenť sine alia stipulatiōe particulari. qr vt textus in. c. non decet. xij. di. ait. Non decet a capite mēbra discedere: sed iuxta scripture testimoniū oīa membra caput sequātur. Nec valēt aut aliquid concludunt pro parte cōtraria oīa supdicta iura: que dicūt summū pontificem posse habere auxiliū ab imperatore/ et a quocunqꝫ principe christiano in defensionē ecclesie aut oppressorū: nam aliud est auxiliū habere a predictis tanqꝫ a ministris et filijs ecclesie: vt mala voluntas aduersantiū eorum ministerio careat effectu/ et bonorum voluntas eorum suffragio sortiatur effectum: aliud confederationē facere cū aliquo ī particulari. qđ non videtur bene sonare. ne summus pontifex prebeat occasionē: vt sibi opponatur de iure/ aut de facto: qp ex iudice factus sit pars et aduersarius. qđ non conuenit/ nec potest stare ex aliquo iure in eandem personam. vt bene beatus Augustinꝰ. hoc testatur. prout habetur in. c. de occidendis. xxiij. q. v. et beatus Gregorius in. c. inter querelas. xxiij. q. iiij. facit textus in. c. j. iiij. q. iiij. et in. c. j. xvj. q. vj. et in dicto. c. ad apostolice. de re iudi. et in cle. pastoralis. eo. ti. et in. l. vna. C. ne quis in re sua. ius sibi dicat. Nec obstat dictum. c. ad apostolice. de re iudi. vbi papa allegat federa pacis inter ecclesiam et imperatorem. nam poterat esse stante de facto questiōe inter imperatorē et eccl'iam ad remouendū scandalū et reducendū imperatorē successiue ad fidelitatem eccl'ie ad quā tenet: fecisset eccl'ia sine alicuiꝰ piudicio cōfederationē cū imperatore: que potius dicitur reconciliatio. et hoc modo debet intelligi dictum. c. ego Ludouicus. lxiij. di. nec videtur obstare aut facere pro parte contraria dictum. c. nouit. de iudicijs. vbi ipse pontifex iustificabat processū regis Anglie cōtra regē Francie. quia veniebat contra confederationē pprio iu

ramento firmatā.nam non constat ex verbis pape: nec sequitur ꝙ predicta confederatio esset sub predicta forma de qua agitur, s.ero tibi ⁊ amicis tuis amicus:⁊ inimicis tuis inimicus ⁊ aduer sarius.Nam vt dixi non omnis confederatio est ꝓhibita/sed tm̄ illa vbi sine causa iusta receditur a dilectiōe proximi.nam cui du bium: quin duo aut tres prīcipes licite/iuste ⁊ meritorie possint confederationem facere sub ista forma ⁊ lege ad quam al's vt di xi de iure tenentur.sc3: vt si aliquis ipsorum opprimatur iniuste ⁊ de facto/iuuetur ac tueatur ab alio.immo possent facere aliter ꝙ si aliquis ī tota christianitate iniuste opprimatur: ab om̄ibus his confederatis subueniatur oppressus ac molestatus de facto. postq̄ dixi officium ipsorū principum est hoc agere:vt in locis su pra allegatis]non tamen sequitur ex hoc: teneat indistincte pre dicta confederatio sub dicta clausula.ero tibi ⁊ amicis tuis ami cus ⁊c.¶Intelligatur etiam si amicus ab aliquo iuste opprimat/ aut amicus iniuste opprimat alium.in quo casu nec etiam cū iu ramento.quia nullius roboris est aut efficacie:cum semper ista ⁊ alia que cōponuntur ⁊ iurantur intelligantur inq̄tum licita et iusta/⁊ nō repugnent iuri diuino aut pontificio:aut inducāt iu rantēs venire contra bonos mores.vt in.c.animaduertendū.et in.c.paulus.xxij.q.ij.⁊ vt in.c.quemadmodū.de iureiuran.⁊ in. cap.cum iuramento.de homicidio.vt dicam.j.laicus.nam si fuit facta ita expresse confederatio:quia vterq̄ promisit ⁊ iurauit in distincte adinuicem pro defensione seu offensione cōtra quēcūq̄ de mundo auxilium prestare: adhuc cadit iuris diuini ⁊ pontifi cij interpretatio.s.in casu licito et honesto et a iure permisso.vt supra.sed si ita expresse principes seu confederati dixerūt ⁊ cōfe deratione fecerunt/ꝙ nulla potest cadere iuris interp̄tatio.cu3 vterq̄ confederatorū dixit ⁊ ad inuicem promisit de iure ⁊ de fa cto licite ⁊ illicite in offensionem sicut in defensionē se iuuare.li cet non cadat aliqua interpretatio.quia non datur nisi in dubijs vt in.c.sunt quedā.xxv.q.j.⁊ in.c.per venerabilē.qui filij sint le. dabitur iuris diuini ⁊ naturalis ⁊ pontificij declaratio ⁊ promis sionis ac iuramenti tanq̄ illiciti relaxatio: sc3 ꝙ inq̄tum vterq̄ promisit adinuicem de facto ⁊ iniuste se iuuare ꝙ talis confede ratio etiam iurata non teneat nec valeat/nec sine peccato et le gis diuine et pontificij transgressione et preuaricatione / est ob seruanda.vt optime beatus Augustinus de bono cōiugali.put

post factam etiam cum iuramento sine maximo crimie tenere et obseruare:sed de supfluo ɀ iuramento illicito ac turpi pmissione penitētiā facere.qꝛ nō in casu debito seu necessario/aut permisso assumpsit nomen dei inuanum. Sed posset dici.casu quo reperiretur confederatio facta sub lege ɀ ꝯditione illa.s.ero tibi ɀ amicis tuis amicus/ɀ tuis inimicis inimicus.ɀ cōfederatio in illam partem tanq̄ illicitā non teneat.s.ero inimicis tuis inimicus/si illos persequatur iniuste.ɀ de facto teneat in aliam partē licitā ɀ iustam ɀ debitam.s.ero tibi amicus in iustis atq̄ licitis. Ad cuius amiciciā tenendam cōpelletur per ecclesiā.vt in dicto.c.nouit.vt.s.nam vtile per inutile non vitiatur.quia si aliquis promisit duo:vnum licitum/ɀ aliud illicitū:licet non teneatur ad illicitum/tenetur ad licitum.vt in.c.cum tempore.de arbitris. ɀ in c.dilectus.de preben. Et bene beatus Augusti. de vnico baptismo.lib.vj.prout translatum est in.ca.sed non sanctificat.in fine. de con.di.iiij.facit tex.in.c.si quos.xij.q.ij.ɀ in.c.si eo tēpore.de rescrip.li.vj.ɀ in regula vtile per inutile.eo.li.ɀ.C.de transla.si ex falsis.ɀ.C.si cer.pe.l.pro causa tua. nam si Semptonius recepit decem mutuo a Titio:ɀ pmisit dare duodecim.s.duo pro vsuris.licet non teneatur ad duo/ quia illicitū:tenetur ad principale.quia licitum ɀ debitū.vt in.c.j. ɀ.ij.ɀ quasi per totū.de vsuris. ɀ in.ca.vsuras.ɀ in.l.placuit.ff.de vsuris. Nec obstat illud Innocen.quod dixit in.c.j.de scismaticis.vbi pmittitur cōspiratio. vt in dicto.ca.sane.et locis alijs.nam vt tu ipse dicis:ibi assumitur cōspiratio in bonā partem/pro cōfederatione in defensionē ecclesie.nā vt ait beatus Hieronymus in epistola ad Galathas. prout translatū est in.c.marchio.j.q.j.nec putem⁹ in verbis scripturarū esse euangeliū/sed in sensu.quia non sermoni res/ sed rei est sermo subiectus.vt in.c.intelligētia.de verbo sig. Nam vt in c.constitutus.de religiosis domibus:si aliquis facit cum alio cōtractum:ɀ dat sibi domū in censu pro decem annis/aut vita sua tm̄.certum est:licet dicatur in censu/in re ipsa ɀ veritate est contractus emphiteoticus:ɀ non gaudet priuilegio seu natura contractus censualis.ɀ per contrariū si dicit:do tibi domū in emphiteosim pro te ɀ omnibus successoribus tuis imperpetuū.dicit̄ cōtractus censuarius. Et sic dicimus in arbitrio et arbitratore.vt in.c.quintauallis.de iuriur.ɀ hoc idem in conspiratiōe et confederatione s̄m subiectam materiā assumitur vnū pro alio. Immo

fm nonnullos theologos opinio Innoc. in dicto. c. I. de scismaticis non approbatur: q in omnibus illis casibus quos Innocentius narrat: permittatur coniuratio seu cospiratio. nec obstat illd Judicum. ix. vbi ais. Deus misit spiritum pessimum/ vt poneret diuisionem inter Abimelech et habitatores Sichen. nam absit q intelligas aliter q beatus Augustinus et alij doctores ecclesie intelligunt. sc3. q hoc deus nonnunq permittit ad punitione seu correctionem malorum. nam nonnunq deus delinquentes per manus infidelium puniuit: licet causa victorie et punitionis occultaretur ipsis victoribus. nam per Sennacherib et Nabuchodonosor regem/ et per Antiochum et per principes romanorum ac gentilium/ populum israel delinquentem aliquando captiuauit: aliquando afflixit. vt ipse dominus per prophetam ait. Virga furoris Assur: qui ignorabat mysterium victorie et furoris. vt omnia refert beatus Ambrosius prout habetur in. c. remittuntur. in. §. I. xxiij. q. iiij. nam vt postillator et alij scribentes Actuu. xxiij. dicunt. Sicut enim vnitas bonoru vtilis est: sic vnitas malorum est nociua bonis. Cuius causa in conseruationem ac vtilitatem bonorum: videtur permissum bonis diuidere malos. vt fecit apostolus in dicto. c. Actuum. xxiij. vbi posuit diuisione inter saduceos et phariseos de resurrectione mortuorum: qui alias erant vniti in persecutione christianorum. nam vt beatus Gregorius in moralib9 ait. Sicut noxium est/ si vnitas desit bonis: sic est perniciosum si non desit malis. puersos quippe vnitas corroborat dum concordat/ et tanto magis incorrigibiles/ quanto vnanimes. de quo vide p beatu Isidoru in libro d summo bono. lxviij. c. De malorum concordia ad illud Matth. x. satis solutio est data per doctores tam ibi q in alijs locis: sc3: q Christus loquitur de pace mala/ que fit seu stat in dei offensionem. vt si sunt duo infideles in matrimonio: aut pater et filius in eadem domo. pace diaboli: cum sint extra legem. et veram pacem/ iniungitur a christo: vt quilibet ipsorum possit alium dimittere/ vt veniat ad Christum et efficiatur christianus: et sic diuidatur bon9 a malo. vt bene beatus Ambrosius ad Hilarium prout habetur in. ca. si infidelis. in fine. xxviij. q. I. ait.

¶Dis. Videntur mihi duo grauia que de pontifice ais. Primo: q papa non possit facere confederatione cum aliquo in particulari. ne sibi opponat: vbi omniu indistincte pastor et iudex/ fa

ctus sit aduersarius z pars.cũ talis exceptio nõ cadit in papam: qui nunq̃ nisi in casu heresis desinit esse iudex. nec in causa ꝓpria excludit a iudicatura.vt facit tex.i.c.nũc aũt.xxi.di.vbi marcellinus q̃a non ꝑtinax /fuit iudex in ꝓpria causa.nã vt glo.in.c. cum venissent.de iudi.ait:ꝙ papa potest esse iudex in causa ꝓpria. vt impator in cã fiscali.ff.de his que in testa.dele.l.ꝑxime.nã licet glo.in.c.cũ dilecta.de.ꝯfir.vtili vel inuti.dicat:ꝙ debet papa in cã sua patrimoniali/aut ꝑsonali eligere arbitros:aut causaꝫ suam alteri delegare:oẽs doctores tam in.d.c.cũ venissent. z in c.querelã.de elec.z in.c.ex parte.in primo.de ver.sig.dicũt:hoc est de honestate/si papa voluerit hoc facere. nã vt glo.in.c.si q̃s pecunia.lxxix.di.ait. Papa etiã in cã ꝑsonali/vt ibi/potest dicere omnibus: de⁹ est qui me iudicat/z ipse oẽs alios.vt in.c.nemo. z cũcta.z aliorũ.z quasi per totũ.ix.q.iij. itaq̃ predictũ inconueniens videtur cessare in papa.cum ex aliquo actu nõ desinit esse iudex:nec efficitur pars. Videtur secundũ graue quod de pontifice/aut alio principe christiano dicis:ꝙ non liceat eis/nec possint cum Turco aut Soldano qui occupant terrã ecclesie/aut alijs ꝑncipibus debitã confederationẽ aut amiciciã facere:seu pacẽ cõponere in aliquo casu.intelligatur/simpliciter z sine aliq̃ distinctiõe possit stare. Nã nulli dubiũ:non licet alicui ꝓ recuperatione rerum suarũ aut ecclesie/ponere se z suos manifeste morti. nam si fidelis videt bona sua occupari a mille:z ipse non habꝫ nisi decem:esset temeritas magna/z deum tentare:velle cum decem contra mille vi bona sibi ablata recuperare.aut si videt bona sua cecidisse in mari.z sine manifesto periculo mortis z suffocatione manibus suis non potest extrahere:nulli dubium tanq̃ sine causa/aut iusta permissione tentans deum ac veniens cõtra preceptum diuinuꝫ. Deuteronomij.vj.Matthei.iiij.si iste in mari saltaret vt bona haberet/peccaret mortaliter. nam vt Ecclesiasticus.c.viij.clamat. Non litiges cum homine potente:ne forte incidas in manus illius.et noli contra fortiorem contendere. z in.iiij.c.ait. Noli resistere contra faciem potẽtis: nec argueris contra ictum fulminis.quia vt beatus Augustinus in sermone de puero Centurionis/prout habetur in.c.paratus.xxiij.q.j. et in.xiij.de ciuitate dei.capi.iiij.dicit.ꝙ homo pro conseruatione vere z ꝑfecte charitatis/satis est vt habeat animũ paratũ ad martyriũ anteq̃ chr̃m z ei⁹ fidẽ negaret.sed iudicaret ẽ ꝑsumptiõe/

ꝙ ingererēt se martyrio. quam sententiam sequitur beatus Thomas quotlibeto. iiij. ar. xx. hoc idem videtur dicendū de hominibꝰ paucis/ qui vellent pugnare cōtra multos ꝛ fortiores/ quos manifeste constat via ordinaria ꝛ ex cōiecturis humanis aliquo pacto superare non possent: nec a manibus eorū illesi possent euadere. quod imputaretur talibus ad temeritatē: ex qua non euaderēt peccatū. vt. s. vt doctores dicūt primo Regū. c. xxvij. sup fuga quam assumpsit Dauid a Saul. nam vt Esaias. xlix. dicit. Nunquid tolletur a forti preda: aut quod captum fuerit a robusto/ saluum esse poterit: quod videtur graue/ scȝ via ordinaria. Nam vt redemptor noster Luce. xi. dicit. Cum fortis armatus custodit atrium suū: in pace sunt omnia que possidet. si autē fortior eo superueniēs vicerit eum: vniuersa eius auferet. Ex quibꝰ doctores dicunt ordinarie/ vt. s. contra potentiores non est pugnandum: sed citius concordandū/ vt viuāt ꝛ possint stare in pace. quia potentioribꝰ pares esse non possumus: nisi aliter deꝰ disponat: aut cōmissionē de bello seu promissionē de adiutorio faciat. vt Judicū. vij. ꝛ primo Regū. xx. ꝛ Numeri. xiiij. vbi Moyses ad populū ait. Neq̄ timeatis populum terre huius. qꝛ sicut pacem / ita eos possumꝰ deuorare. recessit ab eis omne presidiū. dominus nobiscum est. nam vt scribit primo Reguȝ. c. xiiij. qꝛ nō est domino difficile saluare vel in multitudine/ vel in paucis/ et in. c. xvij. littera ait. Nouerit vniuersa ecclesia hec: quia non in gladio/ nec in hasta saluat dominus. ꝛ Judith. ix. dicit. Non enī in multitudine est virtus tua domine: neq̄ in equoꝝ viribus voluntas tua. quia nihil apud deū impossibile. Secus vt dixi quādo nō constat hominibus ex dei cōmissione/ seu reuelatiōe. in tātum/ ꝙ si imperator cui licet pro recuperatione ciuitatis Constātinopolitane ꝛ aliarū ipsius imperij contra Turcum iuste bellare: aut papa/ cui competit vt dixisti ratione regni Sicilie ꝛ passionis ꝛ conuersationis christi terra sancta: vident istos ita potentes ꝛ paratos venire in bellum contra imperatorē/ aut papā: presumitur/ papa ponet in periculo ꝛ detrimento Romā ꝛ homies quos habet. quod est magis iustum ꝛ a deo concessum ꝑ subditorum cōseruatione/ faciat amiciciā ꝛ confederationē cum Soldano: vt viuāt quiete in pace. naȝ vt tex. in. c. si nulla. xxiij. q. viij. ait. ne videlicet deum videatur homo tentare/ si habet qd faciat: ꝛ sue ac illorū saluti consulere non procurat/ ꝛ sancte religionis.

detrimenta non precauet: q̄ꝙ papa aut imperator cum paucis contra multos velint sine reuelatione diuina bellum intrare/ et ad bellum alios incitare. Et etiaȝ videtur in alio articulo de homicidio: ad vindictam ex veteri testamento permittatur contrarium quod ais: ꝛ ꝙ liceat propinquo/seu cognato occisi occisorē interficere. vt Numeri. xxxv. ꝛ Judicum. c. viij. Immo vt veniamus de extremo ad extremū: possemus dicere ex doctrina euangelica ꝛ apostolica/ꝛ aliquantulū ex tua narratione: non liceat pape/nec alicui regi seu fideli christiāo resistere aduersario: nec pro se/nec pro subditis aut vicinis aut socijs bellare. cum redēptor noster volens nonnulla precepta reducere ad maiorē perfectionem: aut ponere in maiori charitate/vt tu ipse ais: in dicto. c. Matthei. v. commisit non resistere aduersario: sed omnia patienter pro Christo sufferre: ꝛ pro persecutoribus suis orare. cū magister noster ibi ait. Benefacite his qui oderunt vos: ꝛ orate pro persequētibus ꝛ calumniātibus vos: vt sitis filij patris vestri. nam in eodem. c. saluator noster dicit. Audistis/quia dictuȝ est: oculum pro oculo/dentem pro dente. Ego autē dico vobis: nō resistere malo: sed si quis te percusserit in dextrā maxillam tuā/ prebe illi et alteram. et ei qui vult tecum in iudicio contendere/ ꝛ tunicam tuā tollere: dimitte ei ꝛ palliū. nam vt predicator veritatis pmo ad Corinthios. c. vj. ait. Quare nō magis iniuriā accipitis. quare non magis fraudem patimini. an nescitis: quia iniq̄ regnum dei non possidebunt. Et ipse apostolus inquit. Nō vos ipsos defendentes fratres charissimi. ꝛ ad Phillipēses. j. c. dicit. Quia vobis donatū est pro christo vt non soluȝ in eū credatis/ sed pro illo patiamini. quia ipse redemptor noster in. d. c. Math. v. dicit. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiaȝ. quoniam ipsorum est regnum celorum. nam filij dei omnia aduersa sustinent in patiētia ꝛ charitate. vt in. eo. c. magr̄ noster ait. Beati pacifici. quoniā filij dei vocabunt. ꝛ in. xviij. Patiētiā habe in me: ꝛ oīa reddā tibi. de qua patiētia beatus Joannes in apocalipsi. xiij. ait. Hic est patiētia ꝛ fides sanctoꝝ. ideo ꝓpheta in psal. ix. dicit. Patientia pauperis non peribit in finē. cum pro ea habebit a deo remunerationē: sicut in eū delinquētes habebūt penā. vt ipe Ps. in psal. c. xlv. ait. Deus facit iudiciū iniuriā pacientib. ꝛ vas electiōis ad Thessalonicenses. c. iij. dicit. Qui enī iniuriā facit/recipiet id qd̄ inique gessit. ꝛ ait. Ecclesiastic⁹. ij. Qui timēt

dominum et custodiunt mandata eius/patientiã habebunt vsq ad inspectionẽ illius. Itaq viro iusto/ex christi doctrina non videtur liceat ledere ledentẽ: nec ei resistere/sed p eo orare. Hoc idẽ videt sentire tex. i.c.i.xxiij.q.i.q multas supradictorũ auctoritates refert/ad pbandũ ex lege euãgelica: nõ liceat militare/seu bellare/nec ad iniuriã ppriam nec sociorũ armis ppulsandã. hoc idẽ in.c.i.ea.cau.et.q.iij.p cuius pbatione inter multa alia adducit auctoritatẽ ex exemplo christi. qui licet contra Herodem potuisset habere adiutorium/et in passione cõtra Pilatum et alios/ noluit habere: sed ab Herode fugit in egyptum: et in passione cũ patientia sustulit omnia. cũ orauit pro persecutoribus suis. Nec videtur possit stare hoc quod asseris: q iuramentum nihil operetur in confederatione predicta/nec in aliquo alio/vbi interponitur contra diuinum preceptum. quod videtur mihi salua pace/ex per te narratis probetur contrariũ. Nam tu non potes negare/fuisse iniunctum populo israelitico. vt Deutero.vij.et Judicum.ij. ipsi Josue: ne cum hominibus occupantibus patriã sibi promissam fedus inirent. et inito federe cum gabaonitis/licet cõtra iussionem dei/ratione iuramẽti tenuit eis fidem atq pmissa. vt ibi Josue. ix. vt refert tex. in.c. venerabilem. de electio. Et hoc idem videtur Judicũ.xi. vbi Jethe votum vouit domino dicẽs. Si tradideris filios Amon in manus meas: quicũq primus fuerit egressus de foribus domus mee/mihiq occurrerit reuertẽti cum pace a filijs Amon: eum holocaustum offeram domino. qui reuersus/ratione iuramenti et voti contra dei preceptũ tradidit filiam suam deo in holocaustum. Preterea certum est: q ex vtroq iure diuino et pontificio prohibite sunt vsure. sed ratione iuramenti non obstante/q iuramentum fuisset contra ius diuinum: sancti patres statuerunt vt soluantur et repetantur. vt in.c. debitores. de iureiurando.

¶Ma. Ista questio: an/et quando papa possit esse iudex in causa ecclie: aut in cã patrimoniali/seu psonali/aut criminali: est satis cõfusa et grauis. q pendet ex grauiori. s. an/et qñ papa est sup conciliũ/et conciliũ supra papam. Sed nulli dubiũ: in causa ecclesie papa sit iudex competens. cũ non cẽseatur nec alter prelatus bonorũ seu rerum ecclesie dominus/sed administrator. vt in.c. vlti.xvi.q.i.et in.c. non liceat.xij.q.ij.et in.ca. ratio. de prebend. nam vt beatus Bernardus in suo.iij.li. de cõsideratione ad Eu

Dubium an papa sup concilium: an concilium sup papam

genium ait. Ut mihi videtur: dispensatio tibi super illum credita est/ non data possessio. si pergis usurpare hanc: contradicit tibi qui dicit. meus est orbis terre. possessionem et dominiũ cede huic. tu curam illius habe. pars tua hec. ultra ne extendas manus. Cuius causa: ne immerito si papa in causa ecclesie dei/ cuius curam ab ipso deo et conservationẽ ac dispensationem habet/ sit iudex et bonorũ ac rerum ipsius ecclesie conservator: et ut talis nõ valeat excludi a tali defensione et iudicatura/ sibi a deo omnium rerum et personarũ domino concessa et tradita. ut Matthei. xvi. et xviii. et Joannis ulti. et in. c. loquitur. et in. c. manet. et quodcũq. xxiiii. q. i. et in locis preallegatis. Secus autem in causa personali/ seu criminali/ aut patrimoniali: in quibus non est idem fundamentum: nec militat eadem ratio. immo aliqui nituntur probare contrarium. ut in. §. item symachus. ii. q. vii. ubi in causa propria et proprio spolio restituitur a concilio in papatu. hoc idem in eo. c. nos. ea. cau. et. q. Nec videtur eis obstare dictum. c. nũc autem. xxi. di. immo dicunt hoc idem probare. cum marcellinus habuit conciliũ in iudicem: licet cõciliũ de illa exteriori idolatria/ attenta violẽtia et metu et bonitate ac reductione ipsius marcellini/ noluit facere aliud iudicium: quam sententiam/ aut penitentiã faciendam de delicto cõmisso remittere ad eũ. Nec obstat illud de causa fiscali: ubi imperator est iudex. quia non proprie ut. s. videtur causa imperatoris. nec in hoc censetur eadem persona cũ fisco. sicut si aliquis princeps pretenderet se gravatum/ aut lesum/ aut spoliatum a papa/ seu imperatore: in quo videtur/ alter melius debuisset iudicare quam gravans. ut bene facit textus in. c. ad apostolice. de re iudi. lib. vi. ubi Innocen. iiii. in concilio generali protestatur. si Fredericus imperator dixerit se gravatum/ aut lesum ab ecclesia/ seu papa: convocabit conciliũ: ubi ecclesia de cõsilio concilii iusticiam ministrabit. nec glo. in dicto. c. gilisarius. valde commendata per abbatem/ facit ad casum. quia aliud est si iudex ut iudex leditur/ aut turbatur. in quibus potest procedere per maxime in notoriis seu manifestis. ubi potius dicitur executor quam iudex. ut in dicto capi. ex parte. in primo. de verbo. signi. et in ca. dilecto. in fine. de senten. excõ. lib. vi. et in. c. i. de offi. dele. ubi iudex potest procedere/ et procedit contra turbantes suum iudicium/ aut impedientes suam iurisdictionem: et a fortiori contra insultantes Petrum/ aut Joannem ut iudicem. ut in dicta glosa

gilisarius iuxta tex.xxiiij.q.iiij.et in.c.qui emendat.xlv.di.et in locis preall'. Secus vt dico in alijs vbi agit de patrimonio nõ ecclesie/sed pape:aut de lesione seu grauamine facto extra iudiciũ a papa vt a priuata persona:aut in alijs tangentibus personam suam et vtilitatẽ ecclesie romane et vniuersalis.prout in.c.si papa.et glosa.xl.di.de quo bene Inno.in.d.c.ex parte.et alij in.d.c.cum venissent.et in dicto.c.cum dilecta.et locis pallegatis.Et si bene aduertisti:prout ego dixi in articulo primo: quod papa debet cauere a cõfederatione particulari sub predicta lege et conditione/ que ex aliquo iure nec inter seculares potest stare.s.ero tibi et amicis tuis amicus/et inimicis inimicus et aduersarius.ne pape opponeretur de facto:quod vbi erat iudex/factus sit pars.que aliquando licet opponat de facto/et de iure talis exceptio non valeat nec possit stare:non paruã turbationẽ imponit põtifici et ecclesie romane.vt satis constat in dicto.c.ad apostolice.de re iudi.li.vj.et in pallegatis locis.Et quia vt dixi/ne intraremus maximũ chaos et questionẽ prolixam et grauem:et impedirem9 aliã de qua agitur: ideo transeamus ad aliud.quod licet simpliciter et ordinarie non liceat pape/aut alicui principi christiano fedus inire:seu confederationem cum infideli facere.vt in dicta clemen. vnica.de iureiuran.et in locis prealleg.fateor tamen: quod si papa/aut alter princeps christian9 videt potẽtiã Turci/aut Soldani/aut alteri9 infidelis insuperabilẽ:et quod non videtur/possit haberi contra tales sufficiens defensio:quod tunc/seu in tali casu pro salute et conseruatione fideliũ/papa seu quicunque princeps christianus :nisi aliud habeat ex cõmissione/seu reuelatione diuina.vbi non est speculandum vtrum aduersarij sint multi/aut pauci: prout tu allegasti : potest ad tempus cõponere pacẽ cũ Turco/aut Soldano. nam vt postulator et alij scribẽtes sup Josue.xxi.iuxta lrãm.et.I Regũ.xxvij.dicũt:licitũ esse fideli ex causa cũ infideli al's occupanti patriã fideli debitã/ad tẽpus cõponere pacẽ.quod vt in.c.nouit.in.§.ceterũ.de iudicijs.ibi/vsque ad tẽpus prefatũ:pax ad tempus nõ differt a treuga:que pmittit ad euitandũ scandalũ et detrimentũ ac oppressionẽ subditorũ.quorum põtifex pcipuus debet esse adiutor.vt in.c.scire vos oportet.xxiij.q.viij.quia licet aliqua simpliciter non sint licita:ex tẽpore et causa ac necessitate efficiuntur licita.quia necessitas legẽ non habet:sed ipsa sibi legẽ facit.vt beatus Augustinus.prout habet in.ca.remissionẽ.in.§.

sed notandum.i.q.i.ait.facit tex.in.c.discipulos.de con.dis.v.in. c.ideo in.§.ita ergo.xxv.q.i.vbi refert littera: qualiter licuit Dauid ex necessitate comedere panes ppositiõis: quod al's non licebat. et licuit apostolis ex messe aliena in sabbato colligere spicas et fricare manibus/et comedere.facit tex.in.c.si quis de furtis.et in regula/quod non est licitũ.de regulis iuris.et in.c.quanto.de cõsuetudine.et in.c.ij.de ieiunio. Sed nõ licebit pape/aut alicui principi christiano pacẽ ad semp/aut confederationẽ facere cum infideli in adiutoriũ infidelis ɔtra alios christianos.qa tunc papa/aut fidelis christianus potius debet sustinere oĩa mala q̃ hoc facere.vt in.c.si dñs.et in.d.c.iulianus.cum sequẽti.xi.q.iij.quia vtilius scandalũ nasci pmittit/q̃ veritas relinquat.vt in.ca.magne.de voto.et in.c.inter verba.ca.xi.q.iij.vbi lr̃a refert verba redemptoris nostri Matth.xv.vbi ostẽdit apostolis/nõ esse obmittendã veritatẽ pp̃ter scandalum iudeorum euitandũ.vt etiã hoc docuit redẽptor ipse Joan.ij.vbi oẽs eiecit de tẽplo: oues quoq; et boues et numulariorũ effudit es: et mensas subuertit: non curans de scandalo quod eueniri posset.bonus tex.cũ glo.in regula.qui scandalisauerit.de reg.iu. Et sic potes habere resolutionẽ de predicto dubio qd deduxisti in pximo articulo: q liceat vt sũpmo pontifici aut imperatori/seu alio fideli christiano ad tẽpus pacem cõponere seu treugas cũ infideli seu pagano facere: et ab eo adiutoriũ p sua et suorũ defensione assumere. de quo adiutorio videas quid Oldardus in dicto suo cõsilio.lxi.dicit. Nũquid christianus possit sine peccato/ad defensionẽ suã vti auxilio siue adiutorio infideliũ. Et videtur q sic.nam qd quis ad tutelam sui corporis fecerit/iure fecisse extimatur.ff.de iusti.et iure.l.vt vim. maxime si se aliter tueri non potest.ff.ad l.acqui.l.scientia.§.qui cum aliter.vel si iuste timet q se aliter tueri nõ potest.eo.ti.l.si. si quis summo.inde est: q in periculo vite cõstituto ignoscitur nõ solũ si aggressorẽ occidat/sed etiã si alium non sociũ.C.ad.l.cor. de sicar.l.ij.et.l.is qui aggressorẽ.et ibi no.ar.ff.ad.l.aquil.queadmodũ.§.idem labeo.et de incen.rui.nau.l.iij.§.q ait.ar.ff.de bonis libe.qui cũ maior.§.si libertus.ignoscendũ eni est illi/qui q̃litercunq; sanguinẽ suum redimere voluit.ff.de bo.eo.qui mor. sibi consci.l.i.in fine.nec solum cum infidelibus/possumus inimicos impugnare: sed per dolum.xxij.q.ij.vtilem.et.xxiij.q.ij.dñs. ff.de capti.et postli.re.l.nihil interest.et hec Oldardus. et multa

alia que in dicto consilio ait de bello. cuius doctrina est intelligē da vt supra. Et fateor: non liceat alicui manifeste ꝛ scienter ponere se periculo mortis: sed sit satis fideli / vt betat⁹ Augustin⁹ prout tu allegasti in .xiij. de ciuitate dei. c. iiij. ait: vt sit paratus pro christo potius martyrium recipere / ꝙ christum negare. cum ibi ipse beatus Augustinus optime dicat. Dictum est homini. s. in paradiso deliciarum: morieris si peccaueris. nunc dicitur martyri: morere ne pecces. s. christum negādo. tunc dictum est: si mādatum transgressi fueritis / morte moriemini. nūc dicitur: si mortem recusaueritis / mandatum transgrediemini. itaqꝫ satis est homini fideli: sit paratus si ꝛ quando opus esset pro christo pati: immo pro defensione ꝛ conseruatione rerum ꝛ status ecclesie. vt fecit beatus Thomas archiepiscopus canthuariensis. Nec valet dicas. ex veteri testamento videtur concessuꝫ vnicuiqꝫ vindictā auctoritate propria assumere. vt Numeri. xxxv. ꝛ Judicuꝫ. viij. vbi conceditur propinquo occisi occisorē occidere. nam ſm doctores ibi Numeri / non erat hoc concessum propinquo / nec alteri ante verificationē homicidij ꝛ sententiam ꝛ decretum iudicis. quod satis bene colligitur ex littera: postꝙ distinguit de homicidio a casu ꝛ absqꝫ odio ꝛ insidijs / ꝛ ab homicidio volūtario ꝛ ex dolo ꝛ proposito: ad hoc ꝙ gauderet vel nō gauderet immunitate ciuitatis refugij. Itaqꝫ propinquus procedebat vt iudicis minister. ꝛ Judicū. viij. hoc factum est ex cōmissione aut reuelatione diuina. Quod dicas ex docrina euangelica: nullus tenet alteri resistere / nec cuꝫ eo contendere seu bellum intrare: sed petenti tunicam tradere ꝛ pallium. vt Matthei. v. quod sane intelligendum est vt intellexit beatus Augustinus ꝛ alij doctores sancti. Nam vt bene vidisti: magister noster aliqua precepta imposuit ac omnibus iniunxit / vt necessaria. vt moralia ꝛ moralibus adherentia ꝛ sacramenta baptismi ꝛ penitentie ꝛ alia necessaria. Et aliqua alia data sunt ex cōsilio perfectionis: ad que homo ex necessitate salutis non tenetur / nec artatur. vt Matthei. xix. vbi interrogatus Jesus ab adolescente. magister bone / quid boni faciam vt habeam vitam eternam. qui dixit ei. Si autem vis ad vitam ingredi / serua mandata. de quibus redemptor noster reinterrogatus / expressit precepta secunde tabule que dirigūtur in proximū. quia a fortiori intelligebantur prime tabule que diriguntur in deum: que magis hominem indispensabiliter astrin-

gunt, et artant. Respondens adolescens: omnia hec custodiui: qd adbuc mihi deest: ait illi Jesus. Si vis perfectus esse: vade et vende omnia que habes: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo: et veni et sequere me. ecce mandatum ad maiorem statum perfectionem/licet non ad necessitatem salutis. et hoc modo dictum est Matthei. v. ibi. Qui vult tecum in iudicio contendere/et tunicam tollere: da ei et pallium/ad maiorem perfectionem: et hoc idem de maxilla et alapa. et quod non semper faciendum sit/ nec ex precepto/nec ex cõsilio: bene beatus Augustinus in sermone de puero Centurionis/prout habetur in. c. paratus. xxiij. q. j. ait. Paratus debet esse homo iustus et pius/patienter eorum maliciam sustinere quos fieri bonos querit: vt potius numerus crescat bonorum. non vt pari malicia se quis numero addat malorum. Denique ista precepta magis sunt ad preparationẽ cordis/quam ad opus quod in aperto fit: vt teneatur in secreto animi patientia cum beniuolentia: in manifesto autem id fiat quod eis videtur prodesse quibus bene velle debemus. hinc liquido ostenditur: quod ipse dominus Jesus exemplum singulare patientie cum perciteretur in facie respondit. Si male locutus sum: exprobra me de malo. si autem bene: quid me cedis. nequaquam igitur preceptum suũ si verba intueamur impleuit. nec enim prebuit pcutiẽti alteram partẽ: sed potius prohibuit/ne faceret et iniuriam augeret: et tamen paratus aduenerat non solum percuti in faciem/verum etiam pro his a quibus hoc patiebatur crucifixus occidi. pro quib9 ait in cruce pendens. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Nec Paulus apostolus preceptum domini et magistri sui videt implesse: vbi etiam percussus in facie/dixit principi sacerdotũ. percutiat te deus paries de albate. sedes me iudicare secundum legem: et contra legẽ iubes me percuti. et hec beatus Augustinus. Et sic vides ad que/et quomodo/et quando homo tenetur ad pcepta et consilio perfectionis: non dico ad consiliũ reuerentie/ aut imperij. ad quod fidelis tenetur ex obligatiõe ecclesie. vt in cle. exiui. in. §. item quia. cũ duobus sequentib. de ver. sig. et in. c. consiliũ. de ieiunio. et in. c. ad aures. de etate et quali. et ibi glosa fi. et in. ca. tue. et in. c. Mattheus. de symonia. vbi glosa dicit consilium. s. reuerentie indicat necessitatem. bene per doctores. in. c. nam concupiscentia. de consti. per beatum Thomam secunda secũde. q. c. lxvij. ar. iij. Nec ex illa lra Matth. v. vbi videt iniũctũ. nõ resistere

aduersario vt supra/sed teneamur orare pro persecutoribus nostris:excluditur omne bellum.nam nulli dubiũ:ex om̃i iure competit vnicuiqȝ defensio/vbi iniuste ⁊ de facto opprimitur aut offenditur ab aliquo.⁊ sic videtur:pro simili defensione ⁊ cõseruatione reipublice ⁊ legũ paternarũ:vt satis ostensum est/licet bellare:⁊ sic dare bellũ iustum ⁊ licitum:immo a deo ⁊ suis vicarijs ac ministris nonnunqȝ iniunctũ ⁊ approbatum.nam vt Salomon ecclesiastes.iij.c.dicit.tempus belli.s.ad puniendũ ⁊ extinguendum iniquos ⁊ malefactores:tempus pacis.s.postqȝ malefactores sunt correcti aut extincti.nam vt beatus Augustinus ad Bonifaciũ/prout habetur in.c.noli.xxiij.q.j.ait.Noli existimare neminem deo placere qui armis bellicis ministrat.in his erat sanctus Dauid:cui dominus tam magnũ prebuit testimoniũ.in his etiã plurimi illi᷒ t̃pis iusti.in his erat sanct᷒ ille Cẽturio.nã vt ipse beat᷒ August.in ser.de puero Cẽturionis/p̃ut habet̃ in.c.parat᷒ ea.xxiij.q.j.in.§.fi.ait.Nã si christiana disciplina omnia bella culparet:hoc poti᷒ ꝯsiliũ salutis petẽtib᷒ in euãgelio diceretur:vt abijcerent arma:seqȝ milicie om̃ino subtraherẽt.dictuȝ est autem eis.neminem concusseritis:estote contenti stipendijs vestris.⁊ sic militiam ⁊ belluȝ in licitis approbauit.Nec obstat:ꝙ Christus fugisset in egyptum:⁊ noluisset resistere Herodi cũ posset.quia fecit vt habetur Matthei.ij.vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam Osee.xj.ex egypto vocaui filium meum.Hoc idem dicendum est de Pilato:cui Christus noluit resistere.vt ipse Matthei.xxvj.testatur dũ Petro ait.An putas/quia non possum rogare patrem meum:⁊ exhibebit mihi modo plusqȝ duodecim legiones angelorũ.quomodo ergo implebuntur scripture:quia sic oportet fieri.Et sic Gracianus nõ dixit ea que tu adduxisti/ad bellum excludendum indistincte et reprobandũ:sed potius vt moris est/opposuit vt veniret ad ostẽdendum veritatem de bello iusto aut iniusto:vt successiue idem Gratianus ostẽdit.Sed vt reuertamur ad casum de cõfederatione ex iuramẽto firmata:non obstat illud Josue:qui non videt̃ fecisse cõtra cõmissionẽ seu dei intentionẽ cõfederationẽ cũ gabaonit.ꝗ:q2 tñ eis p̃misit saluare vitã:credẽdo nõ essent d patria pp̃lo a deo p̃missa/ꝙ potuit fidẽ tenere post captionẽ patrie sine trãsgressiõe p̃cepti.vt i.d.c.Jos.ix.⁊.xxj.postqȝ nõ dimisit eos vt dños patrie/sȝ vt suos pp̃li in p̃petua s̃uitute.ex ꝗ iuramẽto tex.

in.c.venerabilem.de electi.dat consilium seu determinationē p his qui iurarunt/ et dubitant an licite vel illicite: q supersedeant in obseruatiōe aut transgressiōe donec consulant superiorem. Nec illud de solutione vsurarū probat: iuramentū illicitum sit obseruandū. nam iurans soluere vsurā/ et soluens: non videt ve niat contra ius diuinū quo cauetur: ne quis det pecuniā suā ad vsuram. quia nō proprie/seu ex necessario inducitur vnū ex alio. nam si Titius duct⁹ necessitate/recepit pecuniā a Sempronio: qui consueuit dare pecuniā suaȝ ad vsurā: et omibus est dare pa ratus. nō videt Titius illicite agat: nec in aliq videat peccare: li cet Sempronius nec aliquo iure/nec aliquo pacto posset se ex cusare: nec ex necessitate/nec opere pio a peccato et transgressio ne legis diuine et canonice. vt Exodi. xxij. Leuitici. xxv. Deute. xxiij. Neemie. v. in psalmo. xiij. Ezechiel. xviij. Luce. vj. in. c. sup eo. et in. c. quia in omibus. et per totū de vsuris. et in. c. nolite. cum sequenti. xiiij. q. v. et in. c. si quis cleric⁹. et per totū. xiiij. q. iiij. que omnia iura loquūtur in dāte/ et non in recipiente. Cuius causa Innoc. in dicto. c. super eo. de vsuris. intellexit illum textum tm in dante: licet littera in fine videatur/dispon at indistincte. et sic nonnullis fuit visum/etiam haberet locū in recipiente vt in dan te. qui tales non bene viderunt subscriptionē vtriusq. ca. s. super eo. et debitores/cum vtrunqȝ fuit conditū ab Alexandro. iij. qui in dicto. c. debitores. de iureiur. non cogisset iurātes soluere vsu ram ad solutionē. si iuramentū fuisset contra ius diuinū aut pon tificiū seu bonos mores. vt supra satis probat. Nec illud de Je the videtur probare: q iuramentū illicitū sit obseruandū. nam primo apud aliquos doctores fuit dubitatū: vtrū Jethe sacrifi casset filiam: aut respectu voti fecisset eam vestalē seu continen tem et stare in perpetua virginitate: quam ipsa filia per montes voluit plorare/ qa carebat matrimonio et prole. Sed posito sm cōmunem opinionē et veriorē: q ipsam sacrificasset: quare est du bitandum: non peccauit et malefecisset. nam sm litterā Judicū. xj. non videbatur ita iustus: nec sic viuebat de quo non credam⁹ peccasset. nam eadem littera in principio ait. Congregatiq; sunt ad eum viri inopes et latrocinātes/ et quasi principē sequebant. Jmmo volo dicere vnū aliud: qd salua correctione maioȝ/ videt mihi graue: q nonnulli velint inducere ex omni narratione ve teris testamēti argumentū/seu probationē ex legis auctoritate.

nam cui dubium: aliqua illicita et grauia ac a deo damnata com misit Dauid/licet electus a deo: a quib⁹ nō valet excusari. vt de iuramento quod fecit de destruēdo Nabal et deuastādo totam eius domū: licet cōmendetur q iuramentū turpe ac illicitū non tenuerit. vt in. c. Dauid. cum se. xxij. q. iiij. hoc idem de adulterio Bersabee: et de idolatria Salomō. et de multis aliis iniuste nar ratis et gestis ac cōmissis ab aliis: que nō sunt trahēda in ɔsequē tia seu in legis auctoritatē. nā esset dicendū: Saul ne veniret in manibꝫ inimicorū. i. regū. xxxj. irruit sup gladiū suū: et sic interfe cit seipm: aut vt citius obiret iussit se interfici. vt in. c. j. ij. Regū. ergo licebit de iure diuino hoc vnicuiqꝫ sine graui et grauissimo peccato. absit. Et hoc mō possumus dicere de sacrificio filie Je thе: et etiā d homicidio qd cōmisit Gedeon Judicū. vij. si aliqs opponeret: non fecit ex reuelatiōe diuina/ q male fecerunt. et sic de aliis que non cōstant facta ex reuelatiōe diuina: cui esset stā dum. vt beatus Augusti. in lib. questionū/ prout habetur in di cto. c. dominus. xxiij. q. ij. dicit. Sed hoc genus belli sine dubio iustū est/ quod de⁹ imperat: qui nouit quodcūqꝫ fieri debeat. et in. c. gaudemus. de diuorciis. vbi omīa facta ex reuelatione di uina/licet aliquantulū videantur contra ius diuinū: approbant a deo: vt ab eo in talibus dispensatū. et sic illud tale/ aut illud qd fit ex cōmissione seu precepto diuino: quod hominibus magis constat qꝫ reuelatio: inducit legis diuine auctoritatē/ et nō indi stincte. vt. s. omīa gesta et narrata. Nā nonnullis videt extraneū qd aliqui doctores dicūt in. d. c. p venerabilē. qui fi. sint leg. in. §. sunt autem. q cardinalatus et cardinales dicātur esse de iure di uino: ex verbis ietro ad Moysem Exodi. xviij. ibi. Prouide autē de omī plebe viros potentes etc. nam non constat/hoc dixisset ex commissione aut reuelatione diuina ad hoc q induxisset ius di uinum. quia citius hoc habuisset Moysem vt habuit omnia alia oportuna et necessaria. et vt adderet septuaginta seniores pro gu bernatione populi. vt Numeri. xj. vbi magis proprie posset dari figura et origo cardinaliū. posset iuste et sancte assumi p diuina auctoritate: q in eligendis cardinalibus seu assumēdis pro qua cunqꝫ gubernatione/ et permaxime animarū et ecclesie romane et vniuersalis: debeat conuenirі doctrina ietro: vt eligantur timen tes deum: in quibus sit veritas: et oderint auariciā. et hoc modo nonnulla alia scripta et narrata/ etiam si non inducāt ius diuinū

quo ad obligationem ꝛ necessitatem: operantur quo ad instru-ctionem: vt bene faciamus/ꝛ caueamus a malo: sed non vt pro auctoritate aut iure diuino supradicta ꝛ similia possint allegari. Nam vt ait littera in.§.in nouo.xxi.dis. q discretio sacerdotum a gentibus maxime introducta est: qui suos flamines alios simpliciter flamines/alios archiflamines/alios protoflamines appellabant. dicemus propter hoc: discretio sacerdotũ in lege ve-teri ꝛ in lege gratie sit de iure seu institutione gentium: quia a gẽtibus habuerunt exemplum. absit. nam ibi in.c.i.eadem.xxi.dis. littera ait. Discretio sacerdotum in veteri testamento facta est a Moyse ex mandato dei: ꝛ ampliatio aliquorum ministrorum a Dauid ꝛ Salomon/cum ampliatione templi. ꝛ discretio sacer-dotum in lege gratie a Christo: ꝛ ampliatio ministrorum ab ec-clesia. quorum omnium institutio est in veteri testamento incho-ata/ꝛ in nouo plenius consũmata. vt in dicto.ca.i.ꝛ in dicto.§. horum discretio. littera ait. ꝛ vt reuertamur ad casum si placet: videtur ad omnia opposita satisfactum.

¶ Dis. Video omnia que dixisti/ꝛ placent: licet vnum videa-tur graue: q papa excludatur a iudicatura in alio casu ꝙ dũ ac cusatur de heresi. quia tunc ne immerito si excludatur cum inci-denter/excluditur a fundamento principali. cum eo ipso q op-ponitur sibi de heresi incidenter: ꝛ per consequens videt oppositum non sit papa. cuius causa ecclesia seu conciliũ iuste tales vt intrusum potius/ꝙ vt papam debet iudicare. vt in.d.ca.si papa. xl.di.ꝛ in dicto.c.nunc aũt.xxi.di. que ratio non videtur milita-re/nec habet locum in aliis casibus tangentibus ecclesiã aut pa pam: vbi semp videtur: summus pontifex vt christi vicarius/sit rector ꝛ pastor ecclesie vniuersalis: ꝛ inter om̃es oues in q̃cunq; cã tangente ipsam ecclesiam aut papam possit prouidere: et valeat iudicare ex potestate ꝛ commissione vt supra indistincte a deo si bi tradita/ac facta: a qua ꝛ eius dignitate a puro homine exclu-di non valet. vt in capi. si transitus.lxxix.distin. ꝛ in capi.i.lxxx. di stin. Nec si bene attendamus obstant omnes predicte allegatio nes in dicto.c.i.iiii.q.iiii. ꝛ in.c.i.xvi.q.vi. ꝛ in dicto.c. inter que relas. ꝛ de occidendis.xxiii.q.iiii. ꝛ.v. ꝛ in dicta.l.vna.C. ne quis in re sua ius sibi dicat. aut similes. prout bene per Innocentiuz Hostiensem. ꝛ Joannem an. ꝛ alios in dicto.c.ex parte. ꝛ in.c.fo rus.de ver.sig. et in.c.postulasti.de fo.com. et dilecti. ꝛ dilectis.

de appella.determinatur: ne aliquis ius sibi dicat/aut sit iudex in causa propria. cum locum tamen habeant in inferioribus a papa/qui subijciuntur pontifici et eius constitutionibus artantur. vt in.c.nulli fas.et violatores.cum sequentibus.xxv.q.i.et in.ca. preceptis.et illud breuiter cum sequenti.xij.di.et in.c.i.de consti ex quo iure seu constitutionibus/vt supra/excluduntur omnes inferiores a papa in suis proprijs causis a iudicatura.secus de papa ipsius iuris ac constitutionum conditore:qui suis constitutionibus nec predecessorum suorum ligatur.vt in.c.ideo.in.§.bis ita.xxv.q.i. et in.c.cuncta.ix.q.iij.et.ff.de legi.princeps. immo etiam si vellet predecessor/non posset ita condere legem que ligaret aut impediret successorem ne possit aliter disponere.vt in.ca.innotuit.de electi.et in cle.vnica.de immunitate eccle.et in.c.i.de consti.li.vi. immo nec ipse pontifex posset taliter/nec sub tali clausula condere legem quod non possit eam reuocare.vt in.c.finali de rescrip. lib. vi.et glo.et sic summus pontifex non ligatur seu artatur sua lege aut predecessorum suorum:licet legibus se velle viuere profiteatur. vt.ij.q.ij.nos.et in.c.prima salus.et in.c.iusticie.xxv.q.i.et in.c. iustum.ix.di.et.C.de legi.digna vox.et.C.de testa.ex imperfecto.et ff.de leg.iij.ex imperfecto. Quod sane intelligendum est in his que disponunt et prouident de vita/moribus/et doctrina/et alijs que tendunt in perfectionem persone et exemplum ac directionem subditorum.vt in dicto.c.nos.secus in constitutionibus que prouident aut dant ordinem et formam procedendi in negocijs. Nam dicemus. postquam iure pontificio prouisum est:ne prelati faciant translationes episcoporum/aut sedium mutationes.vt in.c.i. et quasi per totum. de transla.episco.nec faciant vniones cathedralium.vt in.c.vnire.de excessi.prela.et in.c.quod translationem.de offi.lega. et quod possit libere a quocunque appellari.vt in.c.omnis.et si quis vestrum.et quasi per totum.ij.q.vi.aut quod non procedatur lite non contestata. vt in eodem rubro et nigro.et quod non conferat/aut promittat beneficia non vacantia.vt in.c.nulla.cum.c.sequenti.de concessi. preben. et sic de alijs:ad que tenentur et ad eius obseruationem artantur omnes inferiores a papa.ergo dicemus hoc idem de papa:quod non possit translationes episcoporum/aut sedium mutationes facere. absit.vt in dicto.c.i.et per totum.de transla.epi. et in.c. mutationes et temporis qualitas. vij. q.i.ac vniones ecclesiarum.vt in dicto.ca. vnire.et in dicto.c.quod translationem.aut non poterit statuere quod non

possit ab eo appellari. vt in.c.tum ex litteris.de in inte.resti.z in dicto.c.cuncta.ix.q.iij.quia in his z in omnibus alijs que proui dentur de iure cōmuni/semper intelligitur: salua summi potifi cis christi vicarij:qui non puri hominis/sed veri dei vices in ter ris gerit auctoritate.vt in.c.significasti.de electi. z in.c.peregri na.z duduū.iij.q.vj.z in.c.proposuit.de con.pre.z in.c.licet.z sta tutum.de preben.li.vj.z in cle.prima.vt lite pendente.z in.c. ve nientes.de iureiur.z in.d.c.cuncta.z quasi per totū.ix. q.iij. z in c.quanto.de transla.z in.c.ad honorē.de aucto. z vsu pallij.z in q̄s pluribꝰ alijs locis:prout deduxisti.s.de plenitudine potesta tis pape. Sed quia raro aut nunq̄ tales questiōes/aut similes per doctores determinant/q̄ p aliqua parte non possit aliquid opponi aut addi:z quia vt dixisti/ne impediamus aliam questio nem de qua agitur:postq̄ de federe z cōfederatione videtur sa tis deductū:z licet aliqua in cōmuni seu incidēter dixisti de bel lo:z nunc in articulo proximo ais/ qualiter ex omi testamento p mittitur bellū z approbatur:rogo vt veniamus ad particularia z dicas.An/ z quando dicatur bellum iustum/licitū aut iniustū seu illicitum: z An/z quando/z quibus liceat bellare z retinere in bello ablata: z An/z quando liceat duobus duelluȝ intrare.

¶Ma.Ista questio.An papa possit esse iudex est grauis:quia vt dixi pendet ex grauiori.z ista alia non est facilis: an z quando papa subijciatur iuri pōtificio:z pmaxime fundato in veritate z ratione naturali/z in bono cōmuni ecclesie vniuersalis/ac in di rectionē z salutem animarū. z an indistincte possit eam reuoca re.vt beatus Augustinus scribit ad Casulanū/ prout habet in. c.sana.z de vnico baptismo.prout in.c.quis nesciat.ix.di.de quo in.c.sunt quidam.in.§.vbi cū sequentibus.xxv.q.j. Nam si vnꝰ proponeret:quia papa statuit ieiuniū quattuor temporū. z in vi gilijs christi natiuitatis/z virginis ascensionis: z in vigilia apo stolorum:z ieiuniū quadragesimale:q̄ pp̄ter hoc papa non tene atur ad predicta ieiunia/ quia lege pontificiū non artatur. esset scandalum maximū:z hoc dicere graue z non sustentabile.Cuiꝰ causa his omissis/trāscamus ad aliam questionē de qua agitur. scȝ.de bello iusto z iniusto:z an/z quando/z quibus liceat bella re.in qua doctores multa z varia dixerunt.cuius causa videtur questio aliquantulū confusa. Sed his non obstantibus/dicam quid ex decreto z determinatione sanctorū patrum habetur:ad

quos in his & similibus que concernunt salutem animarum/pertinet decisio et determinatio. et referam aliqua que aliqui doctores dixerunt vt iacent:vt quicunque rector parochialis/ seu habens curam animarum sine reuolutione ipsorum librorum possit comprehendere decisionem istius questionis et veritatem. Et primo & ante omnia vt beatus Augustinus/prout habetur in dicto.capitu. dominus.xxiii.q.ii.in fine ait. Sed hoc genus belli sine dubio iustum est/quod deus imperat:qui nouit quod cuique fieri debeat.& in eodem.capitu.ipse beatus Augustinus ait. Iusta autem bella solent diffiniri/que vlciscuntur iniurias. sic gens & ciuitas petenda est: que vel vindicare neglexerit quod a suis improbe factum est: vel reddere quod per iniurias ablatum est. & contra manicheos ipse beatus Augustinus/prout habetur in capi.quid culpatur.xxiii.q.i.de bello ait. Ordo autem ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit: vt suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes sit. beatus Isidorus in suo.xx.libro. ethimologiarum/prout habetur in.capi.i.xxiii.q.ii.de iusto bello inquit. Iustum est bellum/quod ex edicto geritur de rebus repetendis/aut propulsandorum hominum causa.papa Nicolaus/prout habetur in.c.si nulla.xxiii.q.viii. de bello ait. Si nulla vrget necessitas: non solum quadragesimali tempore/sed etiam omni tempore est a prelijs abstinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas: nec quadragesimali tempore pro defensione tam sua quam patrie/seu legum paternarum est bellorum proculdubio preparationi parcendum. ne videlicet deum videatur homo tentare.si habet quod faciat/& sue ac illorum saluti consulere non procurat:& sancte religionis detrimentum non precauet. Glosa.xxiii.q.ii.in summa posuit: quod quinque modis dicitur bellum iniustum.glo. in.c.i.xxiii.q.i.in versu.propulsanda.ponit late quando iniurie sunt propulsande.de quo satis in dicto.ca.dilecto.de sente.excomuni.lib.vi.& in.c.olim.in primo.de restitu.spoli.Hostien.in summa.in ti.de treuga & pace.in.§.quid sit iustum bellum in versu.sunt tamen.cum quinque sequentibus. dicit quod bellum dicitur iniustum quinque modis. Ratione rei.si non est de repetendis rebus:vt pro defensione patrie.xxiii.q.ii.c.i.&.q. vltima si nulla. Secundo ratione cause.vt si voluntarie & non necessario pugnetur.ca. cau.&.q.i.noli. Tertio ex animo.s. quando fit ad vindictam. ca.q. quid culpatur. Quarto si non fit auctore principe.ca.q. ii.

c.j. Quinto ratione persone. quia ecclesiastica: cui non est licitū effundere sanguinē. 7 in titulo de peniten. in. §. quid de rapina. Hoc idē dicit: q ad hoc q dicatur iustum bellū requiritur perso na habilis: causa: anim⁹: 7 auctoritas. Beatus Thomas secūda secunde. q. xl. ar. j. in hac. q. in ipsius resolutiōe dicit. q ad hoc q aliquod bellum sit iustum tria requirūtur. Primo quidē aucto ritas principis: cuius mandato bellum est gerendū. non enī per tinet ad personā priuatam bellū mouere. quia potest ius suū in iudicio superioris prosequi: similiter etiam conuocare multitu dinem quod in bellis oportet fieri/ non pertinet ad priuatā per sonam. cum aūt cura reipublice cōmissa sit principibus: ad eos p tinet rempublicā ciuitatis / vel regni siue prouincie sibi subdite tueri. 7 sicut licite defendunt eam materiali gladio: contra inte riores quidem cōturbatores dum malefactores puniunt. ſm il lud apostoli. ad Romanū. xiij. Non sine causa gladiū portat. mini ster enī dei est/ vindex in iram ei qui male agit. ita etiā gladio bel lico ad eos pertinet rempublicā tueri ab exterioribus hostib⁹. vn de 7 principibus dicitur in psalmo. eripe pauperē 7 egenum: de manu peccatoris libera eum. 7 hec beatus Tho. ¶ Hostiē. in. c. j. d homicidio li. vj. ponit septē bella que refert Dominicus ibi 7 Jo. an. Archidiaconus qui quasi in om̄ibus sequitur Hostiē. in. c. iustum bellum. ca. xxiij. q. ij. dicit: q septē sunt bella. Primū potest dici romanū. quod faciūt fideles impugnādo infideles. 7 hoc iustum est. vt extra. de here. excōmunicamus. ij. et dicitur romanum: quia roma est caput fidei. xxiiij. q. j. hec est fides. 7. c quoniā. extra. de summa trini. 7 fide catho. c. ij. §. penul. et sic po test intelligi. ff. de cap. l. hostes. Secundū iudiciale. quod fit au ctoritate iudicis legitimi habentis merum imperium: non dicē tis sibi ius/ sed alijs ordinem iudiciariū obseruantis: 7 ex causa contumacie hoc concedentis. ff. quod me. cau. l. continet. ff. de iurisd. om. iu. l. iij. 7. iiij. C. ne quis in cau. sua ius si. di. l. cū si. hi tū pprij hostes non sunt: sed qd de suo ad nos puenerit/ nostrū fit d iur: qd aūt d nr̄o ad ipos puenerit/ ipoꝝ fit de facto. sic intellige. ff. de cap. l. v. §. i pace. Tertiū psumptuosū. qd. s. faciūt iudici ino bediētes ar. de pe. di. vj. §. j. ad fi. extra. de maio. 7 obe. si qs. 7. ff. d rei ven. qui restituere. ff. ne vis fi. ei q in pos. mis. l. iij. C. de sedi. l. j. in fi. lib. xj. Quartū licitū. qñcunq hoc fit auctoritate iuris/ quo ad illum cui conceditur. vt hoc extra. de senten. excōmuni.

si vero.§.nec ille.C.quando licet vni sine iudi.se vindi.l.j. et.ff.et etiam proximi et vicini iniuria repellenda. et in prelato/ qui contra iniuriantes ecclesie vtroque gladio/si vtrunque habet vti potest auctoritate propria.extra.li.vj.de senten.exco.dilecto.§.equidē cū liceat. Quintum temerariū:quo ad illos qui hoc faciūt contra auctoritatē iuris.nam et is qui defendit se contra auctoritatē iuris/temerarie se defendit/sapienter aūt faceret/si corrigeret vitam suam. extra.de iudi.cū non ab homine.et de sen.ex.perpendimus.et in.c.audientiam.et in.c.contingit.ij. Sextum voluntarium.j.q.j.noli.quo principes seculares nostri temporis vtūtur frequenter/iniustum est.vt patet in his que notantur.s.e.glo. in principio. Septimū necessarium est et iustum.hoc est illud qd faciunt fideles/defendendo se auctoritate iuris contra volūtarie impugnantes.nam vim vi repellere ad tuitionē sui corporis/ vel etiam rerum cum moderamine inculpate tutele oīa iura permittunt.extra.de regu.iuris.quod non est licitū.li.vj. de senten. excōmu.dilecto.extra.de iureiuran.sicut.iij.§.vltimo.extra.de resti.spo.olim.j.in fine.et de sen.exco.si vero.§.j. Quod qualiter itelligatur.no.plene.extra.de sen.exco.dilecto.circa principiū. lib.vj.hec omnia notanf per Hostieñ.extra.li.vj. de homici.pro humani.et hec archidiaconus. Ex quibus omnibus supradictis satis posses comprehendere:an/et quando sit licitū bellare:et dicatur iustum bellum/aut iniustum.

¶Dis. Video oīa que dixisti et allegasti:et video determinationē beati Thome. Innoc.et Hostieñ.et archidiaconi qui optime loquuntur in hac materia et aliorū: qui in oībus videntur beatum Augustinū et beatum Hieronymū ac beatum Isidorum sequi/put tu ante ipsos originaliter et in decretis allegasti. Sed his non obstantibus: nunc magis/q̄ ante dubito de questione principali:scz.quis auctoritate ppria dicatur iuste posse bellū intrare:ad hoc q dicatur bellū iustum aut iniustuz / licitum et permissum/aut illicitum et prohibitū. Nam satis videtur:stat implicite:quod beatus Isidorus et alij dicunt:q dicitur bellum iustū quod ex edicto geritur de rebus repetēdis/aut propulsandorum hominū.nam que et quanta sub istis verbis de rebus repetēdis ppulsandorum hominū: implicite comprehendūtur et dici pnt. Et q beatus Augustinus in libro questionū prout habetur in. c.quid culpatur.xxiij.q.j.dicat. Siue deo/ siue aliquo legitimo

imperio iubente gerenda impia bella suscipiuntur a bonis. et in
fine ait:vt suscipiendi belli auctoritas atq; consiliū penes princi
pem.⁊ non facias aliam distinctionē de quo principe/⁊ in quib⁹
casibus/ ⁊ cōtra quos: videtur vnum maximū chaos ⁊ cōfusio
maxima.cū multi adhuc possent dubitare: an talis princeps sit
solus papa/qui nullum habet superiorē nec parem.⁊ qui ſm ali
quos vtrunq; gladiū a christo habuit:⁊ administrationē ⁊ exe
cutionē vnius imperatori tradidit. Aut si erit imperator qui ſm
alios gladium ⁊ executionē gladij materialis a deo habuit.⁊ sic
etiam posset dubitari de alijs principibus tam cognoscentibus
q̄s non cognoscētibus superiorē. Et etiā videtur: q tam Innoc.
q̄s Hostieñ. Joan.an. Archidia.⁊ alij:vt al's dixisti incidāt in cō
tradictionē.cum in dicto.c.qd super his.de voto.⁊ in dicto.c.si
cut.de iureiur.dicant.iuste infideles possident/ que non occu
pantur a fidelibus.⁊ indistincte in primo mēbro seu distinctione
belli dicant.primū bellū iustum est/qd fideles faciant cōtra in
fideles. Cui⁹ causa/vt bene explicite in hac questione veritatē
pro posse cōprehendamus:oportʒ venire magis specifice ad par
ticularia.⁊ i p̄mis: an/⁊ qñ ⁊ quomō liceat sumō pōtifici ⁊ alijs
prelatis seu ecclesiasticis bellare.⁊ An/⁊ quando imperatori et
alijs p̄ncipibꝰ ⁊ secularibꝰ.⁊ An/⁊ qñ liceat duob⁹ duellū itrare.

¶Ma. Habeas de papa.⁊ de prelatis ac omnibus clericis ⁊ p
prie ecclesiasticis ſm decretū ac determinationē sanctoꝝ patrū
istam conclusionē:q ordinarie ⁊ regulariter:nō liceat eis aucto
ritate propria seu priuata/nec auctoritate dignitatis ⁊ eius offi
cij aliquem interficere/aut mutilare:ne reddātur inabiles ad ex
ercitium ac officiū sacerdotale.vt in.c.nimiū.⁊ in.c.reprehensibi
le.xxiij.q.viij.⁊ in.c.miror.cū duobus sequētibus.⁊ in.c.de his
clericis.⁊ quasi per totū.l.di.⁊ in.c.ex multa.in fi.de voto. vbiq;
cauetur:vt prelati ⁊ sacerdotes ac clerici seu ecclesiastici ad bel
lum ⁊ exercitium armorū reputentur inabiles.quorum ratio cō
prehendit papam vt alios ⁊ magis.cum scriptum sit. Nemo mi
litans deo/implicet se negocijs secularibus.quia vt papa Nico
laus prout habetur in.c.qui paganū.l.distin.ait. Nam cū discre
ti sint milites seculi a militibus ecclesie:non conuenit militibus
ecclesie militare seculo/per quod ad effusionē sanguinis necesse
sit peruenire. Nam vt beatus Gregorius de se/⁊ sic de successo
ribus suis.prout habetur in.c.si in morte.xxiij.q.viij.dicit. Si in

mortem longobardorũ me miscere voluissem: hodie longobardorum gens nec regem/nec ducem haberent. sed quia deum timeo: in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido. Et beatus Ambrosius/prout habetur in.capi.non pila.eadem.causa. ꝛ.q.ait. Non pila querunt ferrea:non arma christi milites.coactus repugnare non noui.sed dolor/fletus/orationes et lachryme fuerunt mihi arma aduersus milites.talia enim sunt munimẽta sacerdotis. itaq; arma sacerdotum lachryme/et orationes. vt in.c.conuenior.ꝛ in.capi.si quis.eadem.xxiij.q.viij.cuius causa excludũtur.vt.s.sacerdotes ab exercitio armorum materialiuꝫ. cum nimis impediant contemplationem.q; vt scribitur in concilio Molden.prout in.c.quicũq;.ea.cau.ꝛ.q. non pñt simul militare deo ꝛ seculo.ideo discreta sunt arma ꝛ exercitiũ sacerdotũ. vt dixi/ab armis ꝛ exercitio militũ secularium.q̄ de re tex.ĩ ca.j.ea. xxiij.q.viij.disposuit indistincte: ne clerici auctoritate sua nec alterius possint/nec debeãt bellare.nã vt papa Jo. in.d.c.nimiuꝫ. ea.cau.ꝛ.q.ait. Nimiũ certe verecũ ꝛ iure formidat cõtra pfessionẽ sui ordinis secularẽ militiã exercere:terrã defendere:de plijs tractare:de armis terrene potestatis est.hoc idẽ in.c.porro. xvj. q.iij.ꝛ in.c.clerici.ꝛ in.c.cũ a iudeis.ꝛ quasi per totũ.xxiij.q.viij. et in.c.sicut dignũ.ꝛ significasti.in secundo.ꝛ suscepimus.ꝛ petitio.ꝛ quasi p totũ.de homicidio.ꝛ in.c.ex litteris.de excessi.pla. licet videatur pmissum prelatis ꝛ sacerdotib9/ maxime ꝯtra infideles ad bellũ iustũ milites ac gentes armorũ cõuocare.vt in.c. ab imperatoribus.ꝛ in.c.maximinianus.xxiij.q.iiij.ꝛ in.c. administratores.cũ se.xxiij.q.v.ꝛ in.c.quicũq;.in.§.his ita.ꝛ in.c.hortatu.ꝛ in.c.vt pridẽ.in.§.fi.xxiij.q.viij.imo possunt interesse in bello:ꝛ industriã dare:ꝛ milites exhortari.vt in.c.igitur.ꝛ in.d.c.vt pridẽ.in.§.j.ꝛ in.c.omi timore.ꝛ in.c.scire.ea.cau.ꝛ.q.ꝛ in.c.sciscitaris.ꝛ ibi bona glo.vij.q.j.satis p Hostieñ.in sũma.in.d.ti. de treu.ꝛ pace.in.§.qd sit iustum bellũ.ꝛ p alios doctores in.d.ca. qd super his.ꝛ ex multa.de voto.ꝛ in.d.c.sicut dignũ. ꝛ suscepimus.ꝛ significasti.ꝛ petitio.de homici.ꝛ ĩ.d.c.sicut.de iureiur.et in.c.dilecto.de sen.ex. Caueãt tñ prelati/aut sacerdotes seu clerici:ne dicãt aut clament: interficite.aut veniãt ex industria ad homicidium particulare:dicendo sagittario.videas talem:ꝛ ferias cum sagitta.aut simile.nam nulli dubiũ quin tales non euaderent irregularitatem.vt in dicto.c.ex litteris.de excessib9 pre-

lato. ⁊ in dicto. ca. significasti. de homici. ⁊ in locis preallegatis. sed licebit supradictis ecclesiasticis ex iure pontificio hoc quod licet de iure naturali. scz se suaqz defendere: ⁊ aggressorez interficere aut mutilare sine pena aut nota irregularitatis: dum alias mortem euadere non possent. vt in cle. si furiosus. de homici. ⁊ in c. interfecisti. eo. titu. nam vt ait textus in capi. si vero. in primo. de senten. excom. ⁊ in dicto. c. dilecto. eo. ti. li. vj. Omnes leges/ omniaqz iura proclamant vim vi repellere: cunctisqz sese defensare permittunt. hoc idem in. c. olim. in primo. de restitu. spolia. Cuius causa ex eodem fundamento licebit ipsis ecclesiasticis p defensione ecclesie ac rerum suarū/ in quibus stat vita eorum ⁊ pauperum. quia vt textus in. c. si quis obiecerit. j. q. iij. ait. Nam cum corporalis ecclesia/ aut episcopus/ aut abbas/ aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat: sicut nec anima sine corpore corporaliter viuit. ⁊ textus dicit in. c. ex his. xij. q. j. lex dei precipit: vt qui altari deseruiunt pascantur de ipso. hoc idem in. c. cum sm apostolum. de prebē. arma assumere/ ⁊ defensionem facere cum moderamine inculpate tutele. vt in dicto. ca. olim. ⁊ in dicto. ca. dilecto. dicitur cum moderamine sm glosam iuxta litteram in dicto. capi. significasti. in. ij. de homicidio. ⁊ archidiaconum in dicto. c. q militare. xxiij. q. j. super eadem glosa cum moderamine/ scz: quando illud tm̄ fit quo omisso violentia repelli non posset. vt in. c. vt fame. in fine. de sen. excom. ⁊ in dicto c. significasti. ⁊ hoc idem Innocen. in dicto. c. olim. de resti. spoli. qui prelati sacerdotes ⁊ clerici si interficiūt/ aut mutilationem faciant: licet euadant penam legalem/ non euadent penam irregularitatis. vt in dicta cle. si furiosus. ⁊ in dicto. c. suscepimus. et in dicto. c. significasti. de homici. Hostieñ. in summa. in titu. de treuga ⁊ pace dicit: q liceat prelato habenti iurisdictionem temporalem/ bona ecclesie et subditorum auctoritate propria/ ⁊ etiam cum alijs ⁊ bello defendere. et excusatur si homicidia fiant. vbi ipse interuenit a pena legali: licet non a pena irregularitatis vt supra. Cuius causa ad vtranqz penam euitandam debent ipsi cauere: ne intersint in bello: vt manibus proprijs debeant bellare/ sed vt supra alios ad bellum exhortari. Ad idem licet ipsis prelatis habentibus dominia temporalia/ cōmittere alicui iudici in genere/ aut in specie: corrigat ⁊ puniat delinquentes. vt in capitulo si. ne cle. vel. mo. li. vj. ⁊ in. d. c. ex litteris. de excessi. prelato.

Sȝ non licet sibi sine pena irregularitatis consiliũ in particula ri/aut de homine capto seu incarcerato ꝙ interficiatur dare. vt in dicto.c.ex litteris.de excessibus prela.ꝛ I.c.clericis.ꝛ in.c. sen tentiam ne clerici vel monachi. immo nec vbi fiat aut ex conie cturis presumitur ꝙ erit homicidiũ aut effusio sanguinis/cleri ci interesse debẽt.vt in dicto.c.sententiã sanguinis. in principio. ꝛ in dicto.c.ex litteris.in prin.ꝛ in.c.ij.de torneamentis.nec licȝ actiue nec passiue clericis purgationẽ vulgarem exercere.vt in. c.iij.ꝛ.ij.ꝛ.iij.de purga.vulga.in.c.henricus.de cle.pug.in duello. de quo dicã.j.latius. Licebit etiã ꝑlatis ꝛ clericis vicinos ꝛ p ximos defendere cũ maximo moderamine: ne ex seipsis vulnus aut mutilatio seu homicidiũ cõmittatur.vt in.c.presentium. de clerico percussore.ꝛ in.d.c.dilecto.de sen.excõ.li.vj. nam si cleri cus vulneret:ꝛ sic laici vulneratũ interficiũt: quia dubitatur ex quo vulnere sit ille defunctus: clericus remanebit irregularis. vt in dicto.c.significasti.ꝛ petitio.de homicidio. de quo adiuto rio satis tuipse supra dixisti ꝛ allegasti. Ad cõtradictionẽ quã di cis faciunt doctores.quia dixerũt in.d.c.qd super his. de voto. iuste infideles possideant patriam quã non occuparũt a fidelib9. ꝛ dicunt nunc indistincte iustum bellum quod faciũt fideles cõ tra infideles:non debes mirari si bene aduertas hic in isto articu lo de bello iusto fideliũ ad allegationẽ quã faciunt.s.in.c.excom municamus.de hereticis assumunt fidelẽ pro heretico. de quo nõ est dubitandum: iuste excluditur a bonis que iniuste contra decretuȝ principis tenet.vt in.ca. vergentis.ꝛ in.c.excõmunica mus.in ꝑmo.de hereticis.ꝛ etiam nonunꝗ dicũtur infideles lar go modo heretici.ꝛ vt tales ꝓm sententiã saluatoris nostri Mat thei.xxj.iuste debellãtur ꝛ excludũtur a patria a fidelib9. vt vbi infideles nullos fructus dei faciunt/ fideles faciant in dei vene rationeȝ ꝛ eius cultum. cũ ibi magister noster ait. Ideo dico vo bis:quia aufe retur a vobis regnum dei ꝛ dabitur genti facienti fructus eius. Ex qua doctrina satis hoc videtur beatus Augu stinus tam de hereticis ꝙ de infidelibus cõtra rusticum /.prout est translatum in.c.si de rebus.xxiij.q.vij. determinasse.cum ibi ait.quid ergo indignũ: si ea que tenebant heretici / ꝓm parẽ vo luntatem domini catholici tenent. ad omnes iniquos ꝛ impios illa vox domini valet. Auferetur a vobis regnum dei:et dabitur genti facienti iusticiã. An frustra scriptum est.labores iniustoꝝ

pij edent: quapropter magis mirari debetis: quod adhuc teneti aliquid quam quod aliquid amisistis. et sic beatus Augusti. large modo accipit (?) sumit hereticos etiam pro infidelibus. cum illa vox domini extendit ad omnes iniquos et impios: scilicet infideles vt hereticos. hoc idem post multa Hostien. et Joan. an. in dicto. c. quod super his. volue runt sentire: licet inuoluant se in questionem: an imperatores romani iuste/aut iniuste possidebant totum imperium: et iuste aut iniuste dimiserunt. que pro nunc non est presentis speculationis.

¶ Di. Placet quod ais de papa et prelatis: quod non liceat eis nec auctoritate priuata/nec ipsius dignitatis aliquem interficere. sed satis mirandum est: quod omnes doctores dicant/quod sit licitum clericis pro defensione proximorum seu amicorum et vicinorum/ et prelatis habentibus iurisdictionem pro defensione subditorum et rerum ecclesie bellare: et si homicidium/aut mutilationem comittant: licet euitent penam legalem/tamen non euitent penam irregularitatis. quia nulli dubium in presbytero seu ecclesiasticis sit pena irregularitas: et permaxime ista que contrahitur ex sanguine. Et quod ex licito pena contrahatur videtur graue. nam vt beatus Thomas secunda secunde. q. xl. ar. ij. dicit. Nulli qui est deputatus ad aliquod officium/licet id per quod officio suo incongruus redditur. sed clerici bellando et mutilando redduntur inhabiles ad officium suum: ergo non licet eis bellare/nec mutilare. nam quedam negocia sunt adeo sibi repugnantia/vt conuenienter simul exerceri non possunt: et ideo illis qui maioribus deputantur/ prohibentur minora. sicut secundum leges humanas militibus qui deputantur ad exercitia bellica/negociationes interdicuntur. Bellica autem exercitia maxime repugnant illis officijs/quibus episcopi et clerici deputantur propter duo. primo quidem generali ratione. quia bellica exercitia maximas inquietudines habent: vnde multum impediunt animum a contemplatione diuinorum/et laude dei/et oratione pro populo: que ad officium pertinent clericorum. et ideo sicut negociationes propter hoc quod minus implicent animum/interdicuntur clericis: ita et bellica exercitia. secundum illud secunda ad Timotheum. ij. Nemo militans deo implicet se negocijs secularibus. Secundo propter specialem rationem. nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris ministerium: in quo sub sacramento representatur passio christi secundum illud .i. ad Corinthios. xi. Quotienscumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat.

⁊ ideo nō cōpetit eis occidere/vel effundere sanguinē: sed magis esse paratos ad ppriā sanguinis effusionē p christo: vt imitētur opere qd gerūt ministerio. ⁊ pper hoc est institutū: vt effundentes sanguinē etiam sine peccato/sunt irregulares. Nam certe videtur graue dicas: ꝙ licet clericis bellare pro defensione rerum ecclesie: sed non interficere/nec mutilare. nam hoc non est satis. nam iam cōstat iuriscōditori: ꝙ in bello non possunt arma ita moderari/ꝙ debeat vnus armis vti/⁊ non mutilare aut interficere. quia vt tex. in. c. finali de iniurijs ait. si ex adiutorio alicuius illata est alicui iniuria: talis de iniuria tenet. quia verisimiliter potuit cogitare/ex tali adiutorio ⁊ facto ipsius iacturā posse contigere. nā vt ait tex. in. c. finali. de homi. in vj. ꝙ si aliquis mādauit aliquē fustibꝰ verberari sine mutilatione ⁊ homicidio: si illi quibus hoc fuit cōmissum seu mandatū/ex verberibus interficiunt hominē: mandans efficitur irregularis. qr debuisset cogitare: ꝙ ex verberibꝰ potuisset hoc euenire. cū vt dixi/nō possunt in cōflictu ⁊ rancore mensurari ac moderari arma. Ex quib? videtur: certe possit alia opinio sustentari quā in isto articulo ais. s. ꝙ nullo pacto/nec in aliquo casu liceat sacerdotibus arma assumere: nec interficere/nec mutilare. quod videtur expresse satis probet dictus Nicolaus papa in. c. qui paganū. l. di. vbi ipse ait. Clericū qui paganum occiderit/non oportet ad maiorē gradū prouehi. qui carere etiā debet acquisito. homicida enī est. nam cū discreti sint milites seculi a militibus ecclesie: non cōuenit militibus ecclesie militare seculo/per quod ad effusionē sanguinis necesse sit puenire. Ex quibus verbis Nicolai satis videtur constare: in nullo casu liceat clericis bellare. quia cum loquitur simpliciter ⁊ indistincte/indistincte ⁊ simpliciter est intelligendū. vt in. c. solite. de maio. ⁊ obe. ⁊ in. c. ij. de coniugio seruorū. ⁊ in. c. qa circa. de priuil. ⁊. xxxj. q. si dormieris. ⁊. j. q. j. sunt nōnulli. ⁊ in. c. si romanorū. xxxix. di. in. §. j. in fine. immo magis ex decreto ipsius Nicolai potest dici. vt in. c. se. ea. l. dis. ꝙ etiam non liceat clerico ad euitandā irregularitatem/pro sua defensione psonali aliū interficere/aut mutilare. cum ipe papa Nicolaus ibi dicit. De his clericis pro quibus cōsuluistis: scʒ qui se defendendo paganum occiderunt: an postea per penitentiā emendati possint ad gradū presbyteri redire/aut ad altiorē ɔscendere. scito nos nullā occasionē dare: nec vllā tribuere eis licentiam/quēlibet hominū quo

libet modo occidēdi. verūtamē si ɔtigerit: vt clericus sacerdota lis ordinis saltē paganū occiderit: multū sibi ɔsuluit/ si ab officio sacerdotali recesserit: sanctusq; est illi in hac vita dño sub inferiori habitu irreprehēsibiliter famulari/ q̄s alta indebite appetēdo damnabiliter in profundū inferni demergi. Istā opinionē expsse sequitur beatus Thomas secunda secunde. q. xliiij. ar. vij. vbi recitat predicta decreta Nicolai. & in tertia respōsiōe asserit: q̄ clericus qui se defendendo hominē occiderit/ non excusatur a pena irregularitatis. quod videtur cōfusio magna. questio ita quotidiana sit inter doctores varia.

¶ Ma. De hoc nō debes mirari: q̄ pmittatur clericis bellare: & ex illo bello iusto/ aut permisso clericus interficiēdo/ aut mutilando incurrat irregularitatē. nā cui dubiū: concedat Titio/ aut Joanni laico seu seculari iudicaturā ciuilē; assumere & criminalem: & nihilominus si iuste hominē interficiat incurrit cū merito irregularitatē. vt in. c. j. l. di. & glo. in cle. si furiosus. de homi. in. . ne. nam licet sit verum simpliciter: q̄ prohibeatur clericis arma assumere & bellare. & a fortiori interficere & mutilare. sed nihilominus in istis vt in alijs pceptis vt iā tibi dixi/ aliqua sunt ex cōsilio perfectionis ad que homo non tenetur ex necessitate. nā licet homo pro sui defensione hominem interfecerit/ & veram irregularitatem non incurrat. quia bonarum mentium est ibi timere culpam vbi culpa minime reperitur. vt in. c. consilium. de obseruatione ieiunij. & in. c. ad eius. in fine. v. di. ipse Nicolaus consuluit sacerdotibus/ etiam si pro defensione sua hominem interfecissent/ abstineant ab exercitio ordinis/ & ad maiores non promoueantur. vt ait textus in. c. interfecisti. de homicidio. quia homo ad imaginem dei factus est. Si presbyter se suaq; liberando hominem interfecerit/ q̄diu viuat penitentiā agat. Aut potest aliter dici pro saluatione conclusionis beati Thome. q̄ est defensio seu necessitas ineuitabilis. & est defensio seu necessitas euitabilis. Si est defensio seu necessitas ieuitabilis: prout in cle. si furiosus. quia aliter sacerdos mortem euadere non posset/ in tali non cōtrahitur irregularitas. Aut est necessitas euitabilis. q̄ aliquantulum si sacerdos fecisset diligentiam posset fugere/ & mortem euadere/ aut parentibus seu amicis non succurrere. & in ista necessitate et adiutorio sacerdos incurrit irregularitatem. vt in dicta cle. si furiosus. & in penultima glosa. & in locis preallegatis.

Immo archidiaconus facit distinctionẽ de homicidio occulto aut manifesto. de qua distinctione pro nunc non est curandum.

¶Di. Nec videtur mihi in hoc quod ais bene satisfacias. quia irregularitas contrahitur nonnũq̈ meritorie ꝛ sine peccato. vt in iudice/ qui zelo dei propter ministrandã iusticiam malefactorem interficit. nam de hoc nullus miratur: cum nullus excludit ante sacerdotiũ a iudicatura et iusto bello: in quibus vt supra/ potest sine pena bellare/ mutilare aut interficere cum irregularitate: que irregularitas nullum impedimentũ sibi dat ad officiuꝫ ꝛ exercitiũ quod sibi eligit. s. iusticiã ministrare/ seu iuste homicidium aut mutilationẽ facere. Sicut etiã possumus dicere: nulli seculari videtur prohibitũ/ ne cum vidua matrimoniũ contrahat: aut successiue cum duab⁹ etiã: si incurrat bigamiã ꝛ irregularitatem/ ac impedimentũ perpetuũ ad sacerdotiũ: postq̈ in electione vite sue decreuit non clericari. sed prohibetur hoc volentibus sacerdotari. cum per militiã ꝛ homicidiũ/ aut mutilationẽ seu bigamiã ad sacerdotiũ efficiuntur ĩhabiles. vt in dicto. ca. de his clericis. ꝛ in. c. si quis viduam. ꝛ in. c. placuit. ꝛ in. c. non cõfidat. l. di. ꝛ in preallegatis locis. Nam vt ait textus in. c. cuꝫ ex iniuncto. de hereti. sicut enĩ multa sunt membra corporis: omnia vero non eundem actum habent. nec omnes catholici eandem vitã sibi eligunt. nã nõnulli vt dixi/ decreuerũt sacerdotari: nonnulli militare: nonnulli iusticiã ministrare: nonnulli in aliqua arte seruire reipublice/ ꝛ familiam suam sustentare. nam vt redemptor ait. In domo patris mei mansiones multe sunt. ꝛ ita vt dico: diuersa exercitia in ecclesia militante/ in qua vnusquisq; sorte aut arte sua contentatur: ꝛ potest manere iuste in eadem vocatione in qua fuit vocatus. quod satis repugnat supradicte opinioni: q̈ postq̈ Joannes ꝛ Petrus sunt ad sacerdotiũ vocati/ ꝑmittatur eis id per quod ad sacerdotiũ reddantur ĩhabiles in preiudicium ipsius sacerdotis ꝛ animarũ quas habet curãdas. Sed his omissis/ postq̈ in isto articulo dixisti quid de iure reperiat scriptum: rogo dicas de bello laicorũ ꝛ secularium.

¶Ma. Si sumus in casu seculariũ personarũ/ debes tenere: q̈ liceat eis vt supra contra priuatas personas se suaq; defendere cum bello ꝛ armis: ꝛ hoc ideꝫ incontinenti anteq̈ diuertãt ad alia bona sua recuperare. cũ tunc potius dicitur defensio q̈ bellum intrare. vt in dicto. c. olim. in prin. de restitu. spo. ꝛ. ff. de ver.

obli.l.continuus.respõso primo.ff.de duob⁹ reis.§.vlti.C.vnde vi.l.j.ff.de vi ꝛ vi.ar.l.ij.§.cũ igitur.nec in his est auctoritas pn̄cipis necessaria.cuꝫ isti tales hn̄t iuris auctoritatē.ar.xxviij.dis. de his.ad fineꝫ.ff.de condict.insti.l.que sub cōdictione.§.vlti. nec tũc si tales per violentiam excluderēt clericos de rebus sic occupatis inciderēt in excõmunicationē.vt Innoc.facit de hoc casum in dicto.c.olim.immo dicit ibi Innocen.ꝙ vbi quis aliter rem suam habere non potest/licitum est furtiue accipe.xxiij. q.ij.c.ij.C.de iudicijs nullius.tamen si principē super se habet/ eius auctoritate hoc faciat.xxiij.q.ij.c.j.hoc tenet glosa in.c.ius gentiuꝫ.j.dis.pro cuius fundamēto allegat.xxiij.q.j.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.ff. que in frau.credi.ait pretor.§.si debitorē.istam opinionē sequit̃ Hostien.ꝛ Joan an.in.c.j.de treuga ꝛ pace.ꝛ archidia.in.c.dominus.xxiij.q.ij.ꝛ Ab.in.d.c.sicut.de iureiuran.ꝛ alij docto.ꝙ quando quis non potest rem per superiorem/seu iudicē habere: possit furtiue capere:tamen sine scandalo familie a qua subtrahitur.ne imponatur vxori/aut alicui de familia:ꝙ ipse furatus sit. Immo si quis rem suam non potest habere:potest capere aliam loco illius eiusdem valoris.ꝛ ſm aliquos visa negligentia superioris et ciuitatis:potest talis cui res est de facto ablata/ capere tantũ ab alio de illa ciuitate.vt in.c.dominus.xxiij.q.ij.de quo satis per doctores in.c.vnico.de iniurijs.li.vj.ꝛ in regula nō debet aliquis.de regu.iur.eo.lib.ꝛ in locis preallegatis.Nā vt archidiac.in dicto.c.in.xxiij.q.ij.dicit.tunc enī demũ iuste bellat̃: cum aliter ab eo qui obnoxius est iusticia haberi non potest.vt xxiij.q.j.noli.ꝛ in.c.qui culpatur.ꝛ.q.viij.si nulla.vbi conceditur vt supra.ꝙ licitũ sit bellare pro defensione persone ꝛ patrie ꝛ legum paternarũ.Abbas siculus post Inno.ꝛ Hostien.ac Joan. an.ꝛ alios recepit satis bene resolutionē belli.in.ca.sicut.in tertio.de iureiurā. Et dicit ꝙ duplex est bellum.quoddā propriũ. quoddā impropriũ.Bellum propriũ est/ quod auctoritate iuris seu principis superioreꝫ non recognoscentis indicitur.vt est imperator:ꝛ maxime papa ſm Hostiensem.xxiij.q.ij.c.j.ff.de capti. ꝛ postli.re.uer.in.l.hostes.ꝛ.ff.de ver.sig.l.hostes.papa aũt nulli subest.de iudi.nouit.ꝛ de elec.licet.in fine.ꝛ.ix.q.iij.cuncta per mundum.Et pro hoc ꝙ papa ex causa possit indicere bellũ contra laicos christianos/vide in.ca.pro humani.de homici.lib.vj. vbi ratione delicti exponit bona laicoꝝ quibuscunqꝫ.Item indu

rit seruitutem. vt in. capi. ita quorundam. de iudeis. et. xv. q. vltima. cum multe. cum simili. et in istis presertim duobus consistit proprium bellum. vt scilicet capti efficiantur serui: et bona efficiantur capientium. Et ex his sequitur tertium: scilicet ius postliminij. de quo in. l. postliminium. et. l. si quid bello. et. l. hostes. ff. de capti. Et est intelligendum: quod bona efficiuntur capientium a principio: tamen debent postea assignari duci belli/ vt ea distribuat inter pugnatores secundum eorum merita. et ita seruatur de facto. Sic intellige quod legitur et notatur. in. dicto capitu. dicat. xxiij. q. v. in. l. si quid bello prealllegato. et per. Bartolum ibi. qui hoc tenet et ad idem glosa. in dicto. cap. dicat. et quid sit postliminiũ vide tu canonista glo. j. di. ius gentiũ. Et intellige predicta de bonis mobilibus. nam immobilia non efficiuntur capientiũ/ sed publicantur. vt legitur et notatur in. l. si captiuus. §. j. ff. de capti. et per Bar. in dicta. l. si quid bello. An aũt is qui non recognoscit superiorẽ de facto/ vt rex Francie/ vel reges Hyspanie possint indicere bellum proprie. Dic quod sic. quia habẽt iura principis. non aũt possunt habere recursum ad superiorẽ: cũ illũ nõ habeãt in tẽporalibus. hoc videtur de mente Innoc. in. d. c. olim. Sed clarius tenet Bart. in dicta. l. hostes. vbi dicit vnũ dictum menti tenendũ: quod hodie ex consuetudine inter christianos non seruamus iura captiuitatis et postliminij. vnde capti non efficiũtur serui. sed quantum ad bona obseruamus. cui consuetudini standũ est secundũ eum. vt. l. postliminium. de captiuis. et hoc de bello proprie sumpto. Quoddã est bellum improprie sumptũ vt illud quod non est indictum per principem modo predicto: sed per inferiores recognoscentes superiorẽ. et si isti non habeãt iustã causam pugnãdi/ vt quia nõ pugnant ad eorũ seu rerũ suarũ defensionẽ: hoc est iniustum bellũ. et dicuntur isti potius latrunculi. dicta. l. hostes. nec bona/ nec persone efficiũtur capientiũ: sed tenent ad restitutionẽ. vt hic. Si vero habent iustam causam pugnandi: vt quia non pugnãt nisi ad defensionem et prosecutionẽ iuris eorũ. et tunc refert secundum Innocentiũ vtrum is qui bellum agit/ habeat iurisdictionẽ super illis quibus guerram facit/ et cõtumaces ei sunt et rebelles: potest statuere et condere/ quod liceat vnicuique res eorum inuadere et capere et suas facere: et liberos etiã homines rebelles capere et detinere/ quousque domino fuerint assignati. vt notatur. j. de sen. excom. a nobis. et secundum Innocentium hic. et tales potius possunt dici obsi

des q̃ captiui. ꝛ ſm hoc etiam. poteſt intelligi. ff. de le. iij. l. j. primo reſponſo. §. j. Sed etiam ſine aliqua conſtitutione poteſt tales rebelles ſi terram ſuam inuaſerunt/ ꝛ in ea damnum dederũt punire ꝛ damnare. C. vbi de crimi. agi oportet. auten. qua in prouincia. ꝛ patet ex eo quod legitur ꝛ notatur in. ca. j. de rapto. ſm Hoſtienſem. Si autem is qui tale bellum gerit/ nullã iuriſdictionem habet ſuper eo ſuper quo bellũ geritur: ꝛ tamẽ pugnat iuſte. puta quia alius inuadit ipſum/ ꝛ ipſe ſe vl' res ſuas defendit. tunc licet ei vim vi repellere: ꝛ in defendendo ꝛ in repellendo hominem percutere: ꝛ etiã occidere: ſed cum moderamine inculpate tutele. de quo nota in dicto. c. olim. tunc tñ nec bona aduerſarij/ nec ipſum aduerſariũ licet capere: nec capiẽdo ſua facere: nec etiam inuaſorem detinere. cui tamen inuaſori ſi in ipſa inuaſione ſpolietur/ vel verberetur: actio vi bonorum raptorũ ꝛ etiã iniuriarũ denegetur. quia exceptio paris criminis obſtat ei. l. de adulterijs. intelleximus. Sed bene poteſt res quibus ſpoliatus eſt vindicare: quarum remanet dominus ſicut prius. ff. de rei vẽdi. l. in rem actionẽ. Item dico: ꝙ non eo ipſo ꝙ imperator vel papa indicit bellũ contra aliquem etiam inferiorem dicitur iuſtũ. nam ꝛ ipſi peccare poſſunt. xl. diſ. ſi papa. ꝛ. ix. q. iij. aliorum. et in dicto. c. ad apoſtolice. ꝛ cle. paſtoralis. de re iudicata. habent enĩ ſummi principes a deo poteſtatẽ paſcendĩ ꝛ recte iudicandi ſubditos: non autem delinquendi ſeu opprimendi. xl. diſtinctio. ca. primo. ꝛ in dicto. ca. alius. oportet ꝙ ſubſit legitima et naturalis cauſa: vt puta quia ſunt contumaces ꝛ rebelles eccleſie/ ſeu imperio. Ex his infero ad aliam queſtionem: an in dubio bellũ preſumatur iniuſtum/ vel iuſtum. facit iſte textus ꝙ iuſtum. quia dicit: ſi conſtiterit ꝙ iniuſte mouerit ꝛc. et ſic onus probandi incũbit aſſerenti illud iniuſtum. Hoſtienſis hic tenet contrarium. dicens ꝙ regulariter omne bellum preſumitur iniuſtum ꝛ damnatum. C. ꝺ gladiato. l. j. libro vndecimo. ꝛ de purgatione canonica. capitu. primo ꝛ ſecundo. cum ſuis concordantijs. Ad iſtũ textum reſpondet dupliciter. Primo ꝙ hoc verbum. conſtiterit. poterit referri ad verbum. iniuſte. et tunc dicit conſtare de iniuſticia/ eo ipſo ꝙ non conſtat contrarium allegat in fine. C. qui militare non poſ. l. ſuper ſeruis. lib. x. ꝛ hec Abbas. Et poſſumus habere aliã vniuerſalẽ concluſionem/ ꝙ etiã ex volũtate principis ſeu intrantis bellũ dicetur bellũ iuſtuꝫ/ aut iniuſtũ in foro poli,

Nam etiam si princeps habet iustam causam bellandi cōtra Titium: si mouetur mala intentione ꝛ malo animo/aut ꝑpter predam: iudicabitur iniustum bellū. vt bene Augustinus in lib. de verbis dn̄i/prout habetur in. c. apud nos. xxiij. q. ij. dicit. Apud nos dei cultores etiam illa bella peccata sunt: que non cupiditate aut crudelitate/sed pacis studio geruntur vt mali coherceantur ꝛ boni subleuentur. Nā vt ipse beatus Augustinus in li. contra manicheos/prout habetur in. ca. quid culpatur. ca. xxiij. q. j. dicit. Nocendi cupiditas/vlciscendi crudelitas/implacatus atq; implacabilis animus/feritas rebellandi/ libido dominādi: ꝛ si qua similia: hec sunt que in bellis iure culpantur. hoc idē in. c. militare. ea. cau. ꝛ. q. ibi in prin. propter predā militare peccatū est. hoc idem in. c. noli. ea. cau. ꝛ. q. hoc idē beatus Hieronym⁹/ prout habetur in. c. cum homo ab homine. xxiij. q. v. dicit. Cū ab homine homo occiditur: multū distat/vtrum fiat nocendi cupiditate/vel iniuste aliquid auferendi. hoc idem ipse beatus Hieronymus in. c. officia. cum tribus sequentibus. ea. cau. ꝛ. q. de q̄ latius dixi. s̄. in articulo. de federe aut confederatione. qualiter nullo pacto concessum est alicui ex rancore/ seu vindicta priuata hoc agere. sed quia aliquando de intētione ꝛ animo vnius principis hominibus non posset constare: posset illud idem bellū reputari iustum quo ad nos/ꝛ iniustum quo ad deū qui scrutator est cordiū. Et in iusto bello iustū est vti insidijs ꝛ dolo. vt beat⁹ Augusti. in lib. questionū. ꝑut habet̄ in. c. si dominus. xxiij. q. ij. adducit auctoritatē ex Josue: q̄ vtebat̄ insidijs. facit tex. in. c. vtilem. xxij. q. ij. dum tamen contra fidem datam hosti hoc non faciat. quia hosti fides seruanda est. vt in. c. noli. in. §. fides. xxiij. q. j. Ex quibus omnibus supradictis videtur cōstare: an ꝛ quādo ecclesiasticis liceat per se/aut per alios bellare: ꝛ an/ꝛ quando secularibus liceat auctoritate propria arma assumere ꝛ bellare: ꝛ an/ꝛ quando auctoritate ꝛ ex decreto principis.

¶Di. Omnia supradicta placent. sed videtur graue: ꝙ doctores dicant ita indistincte: ꝙ imperator qui de iure ꝛ de facto/aut rex Francie/ꝛ rex Hyspanie: qui s̄m predictos doctores de fctō nullum recognoscunt superiorē: ex sua mera voluntate possint indicere bellum/ꝛ edictū de bello facere. ꝛ hoc intelligatur etiam contra non subditos: ꝙ tale bellum extra defensionē aut recuperationē rerū suarū ꝛ subditorū suorū. prout in dicto. c. olim.

in primo.de resti.spo.z in preall.locis.dicatur iustū/videtur vt dixi graue. Cuius causa crederem veriorē opinionē Hostieñ. et aliorum : qui tenent semper bellum extra defensionē necessariā vt.s.presumitur iniustum/q̄ opinionē Abbatis z alioꝝ qui in dicto c.sicut in tertio.de iureiuran.tenent contrariū:ꝙ omne bellum presumitur iustū ex illa decretali. q̄d non valet.vt probatur in dicta cle.pastoralis.in.§.deniq̄. de re iudi. hoc probat beatus Augustinus ad Bonifaciū.pront habet in.d.ca.noli.in. § itaq̄. xxiij.q.j.vbi presupponit:omne bellum iniustū quod non inducitur ex necessitate/vt in predictis casibus de defensione z recuperatione bonorū.vt in.d.c.si nulla.xxiij.q.viij. hoc idem beatus Isidorus in.d.c.iustum est bellum.xxiij.q.ij.z in locis precalleg. hoc idē propheta in psal.lvij.testatur ibi.Dissipa gentes que bella volunt.Bene credo/si bellū est contra subditos possit stare vt supra opinio Abbatis:ꝙ presumatur bellum iustum.z fateor ꝙ subditi istorū principum possint credere belluz iustū ex edicto superiorum suorū:nisi manifeste cōstaret eis de iniusticia/ aut violentia seu oppressione/ quam vellet inferre dominus suus alijs; cui non esset obtemperandū.vt in.d.c.iulianus.z si dn̄s cū alijs xj.q.iij.z etiam videtur extraneū ac alienum ab omni iure/ ratione z equitate:ꝙ vnus pignoretur pro alio/aut depredetur pro iniusticia/aut violētia alterius.vt in.c.vnico.de iniurijs.li.vj.z. c. ne vxor pro marito.per totū.z ne filius pro patre.per totum. sed vnusquisq̄ aut in iudicio/aut extra rem suā ab iniusto detentore debeat recuperare:z hoc iuris aut iudicis auctoritate. nam nulla consuetudo posset dare priuato/vt ius sibi dicat.vt in dicto.c. forus.de ver. sig.z bene per Hostieñ. z Joan.an.et alios i.d.c.j. de penis.li.vj.z in dicto.c.postulasti.de foro cōpe.z in.c.dilecti. z dilectis.de appella.z in locis preallegatis.

¶Ma.Si bene aduertisti/omnia ista sunt satis precise p sanctiones seu decreta ac sententiā sanctorū patrum z doctorū decisa z determinata.nihilominus pro tua satisfactione aliquid addam quod non videatur tibi graue postq̄ imperator/ aut isti reges qui in temporalibus non cognoscunt aliquē in superiorem/ ad quem pro edicto de bello possint recurrere:ꝙ ipsi auctoritate sua possint bellum indicere seu edictum de bello facere indistincte contra subditos z non subditos in supradictis casibus a iure permissis.s.de rebus repetendis/ aut ꝓpulsando:ū dominū cau

ta.s.pro sua ꝛ suorum defensione/aut recuperatione bonorū.qđ bellū reputabit iustū.vt.s.in.c.j.xxiij.q.ij.ꝛ in locis preall.nam vt dixi ipse Hostieñ.in dicta suma.in.ti.đ treuga ꝛ pace.in.§.quid sit iustum bellū. Sed vt aliquā doctrinā habeas de hac materia.put retulit Archi.ꝛ Abb.ait.Notabis/ꝙ multiplex est bellū.Vnū qđ est inter fideles ꝛ infideles.ꝛ hoc iustū ē respectu fideliū.j.de here.excōicamus.Aliud qđ est inter fideles hincinde.ꝛ hoc multiplex est.qꝛ aut fit auctoritate iudicis: aut auctoritate iuris: aut ꝓpria volūtate.Si fiat auctoritate iudicis legitimi.puta ꝗa hi ꝯtra quos auctoritatē dat/imediate subsunt ei: et habet ius exercēdi merū impiū:nec est auctor in cā ꝓpria: iustū pōt dici.ad hoc.ff.qđ me.cau.ꝯtinet.igit cōtra nō subditos nō dabit actionē.nā actor sequit forū rei.vt no.j.đ fo.cōpe.§.quib ex causis.circa pn.vñ nec est vn⁹ ꝓ alio pignorādus vel impetendus.vt.C.ne vxor ꝓ marito/ꝛ ne filius ꝓ patre.ꝑ totū.ꝛ in aut.vt nō fiat pignoratio.col.v.nisi forte in defectū iudicis iniuriantis/nolētis ius reddere.vt.xxiij.q.ij.c.ij.qꝛ vn⁹ iudex supplet defectū alterius. Is etiā qui nō habet merū imperiū hāc auctoritatē dare nō pōt.ff.de iurisd.om.iu.l.iij.ꝛ.iiij.Itē null⁹ in cā propria actor erit.Itē error iudicis nō excusabit/saltē a toto.s.de tempo.ordi.dilectus.§.cū igit.ꝛ de transla.epi.inter corporalia.§.vlt.Nā ꝛ si ꝓbabilis esset:tñ cōperto errore esset satisfaciēdū.j.de frigidis.fraternitatis.§.quis.ꝛ.j.de purga.vul.significātibus.est tñ prima facie ꝓ auctoritate iudiciaria/nisi aꝑte appareat cōtrariū ꝓsumendū.ar.ff.de acqui.pos.iuste possidet.ꝛ ne vis fiat ei qui in pos.missus est.l.j.s.de renun.in presentia.ergo ꝗ auctoritatē iudicis legitimi non errātis impugnat/aliū iuste impugnat.impugnatus aūt se iniuste defendit.qꝛ tāta magis apparet de cōtumatia ꝛ presumptuosa rebellione.ar.de pen.di.vj.§.j.ad fi.s.de maio.ꝛ obe.si quis.ff.de rei ven.qui restituere. Idem est si fiat auctoritate iuris vbicunq.s.a iure cōceditur/ quo ad illū cui ius cōcedit.Sed si non interueniat auctoritas iudicis vel iuris hincinde:iniustū est quo ad impugnantes: sed quo ad defendentes iustū.Tertiū quod faciūt fideles iudici cōtumaces.ꝛ potest vocari presumptuosū.ꝛ ē iniustū. Quartū quod faciūt fideles auctoritate iuris.ꝛ hoc potest dici licitū:ꝛ est iustū.Quintū quod faciūt fideles ꝯtra auctoritatē iuris.ꝛ hoc pōt dici temerariū.ꝛ est iniustū.Sextū qđ faciūt fideles ꝓpria auctoritate alios

impugnãtes. & hoc potest dici volũtariũ: & est iniustũ. Septimũ quod fideles faciunt defendendo se auctoritate iuris contra voluntatem impugnantis. & hoc potest dici necessariũ: & est iustuȝ. hec Hostiensis. Ex cuius doctrina & auctoritatibus & allegationibus doctorum si placet/ videtur satisfactum ad interrogata: ꝙ intelligantur omnia iura/ & omnes auctoritates iudicantes iustum bellum/ quod ex edicto principis non recognoscentis superiorem procedit. scȝ. si/ & quando fit contra subditos. Secus si imperator/ aut quicunqȝ princeps facit edictum de bello contra non subditos extra defensionẽ personarũ/ aut rerum: aut pro recuperatione anteqȝ diuertat ad alia. vt. s. nam tunc tale edictũ & bellũ ꝺ iure iudicatur ac tenet vt iniustũ. vt in. di. cle. pastoral. in. §. deniqȝ. de re iudi. & in preall. locis. Nam vt Calde. in consilio. xcv. & titu. de treuga & pace. in. §. item est iustũ. hoc idẽ quod Hostiẽn. videt sentire vbi ait. Interdũ vn⁹ dñs vel ꝓuatus mouet bellũ cõtra dñm vel priuatũ: non tñ sibi subditũ/ nec mutuo sunt subditi. & tunc aut vult mouere ꝯtra habentẽ vel recognoscentẽ superiorẽ: aut cõtra nõ habentẽ vel recognoscentẽ. primo casu non põt: nisi ꝑmo requisito supiore: vt de tali subdito sibi ministret iusticiã: qua denegata sibi licite põt mouere bellũ. vt dicit Innoc. in. c. dilectus. de ap. imo si mouet ꝓpria auctoritate: iniustam parteȝ mouet: etiã si talẽ prius diffidauerit. & ille ꝯtra quẽ iuste se defendit. vt hoc ꝓbatur aperte. C. vt armo. vsus in sti prin. in rubro & nigro. lt. xj. in aut. ꝺ man. prin. colla. iij. xlvj. di. sedicionarios. xxiij. q. iij. ca. ij. & ibi est casus de homicidio. suscepimus. cum simi. immo tales inferiores forte incidũt in penam. l. iulie maiesta. ff. ad. l. iul. maies. l. iij. & per consequens talis inferens tenetur ad damna & expensas passo bellũ. ꝓbantur hec. qa agere volens sibi ipsi non potest ius dicere: nec etiã iudex in causa propria esse potest. immo actor debet sequi forũ rei. de fo. cõp. cũ sit. cũ si. Hec est ꝯclusio cõis doc. in. d. c. oliȝ. de resti. spoli. Ex ꝓcedũt ꝑdicta: etiã si inferẽs/ vel volẽs inferre haberet iusticiã ꝑ parte sua. vt. s. est ꝓbatũ. mlto fortius si fouet iniusticiã/ si ille cõtra quẽ vult mouere bellũ nõ recognoscit supiorẽ. adhuc puto: ꝙ si est parat⁹ stare iuri/ vel iudicio arbitroȝ/ vel bonoȝ viroȝ hñs etiã iusticiã ꝓ se nõ debȝ moueṙ bellũ. qr bellũ dȝ cẽ necessitatis. xxiij. q. j. militare. iõan. bellam⁹ vt sine iiuria i pace viuam⁹. vt ibi. ad ꝑdctã ẽt fac. xj. q. j. si ꝗs cũ cl'o. de. re iu. ad aplice. li. vj.

vbi bñ hoc ꝓbatur.facit.C.de pigno.debitores.licꝫ illa lex loqͥt de honestate.vt in ea nota.ꝛ in dicto.c.ad apostolice, sed vbi nõ vult stare iuri/nec recognoscit superiorem:licet de honestate an teq̃ꝫ fiat bellum deberet requiri ipse iniurians.vt in.d.l.debito res.ꝛ nota.de symo.licet beli in glo.ex hoc tamẽ si inferrs volẽs habet iustã cãm/iuste icfert:ꝛ is cui infertur iuste patitur:ꝛ p cõsequens si contra inferentem fertur/ab ipso passo iniuste infert. Nam ꝛ hoc casu/qd quis licite sibi ius dicit res proprias ꝓpria auctoritate capit:ꝛ si illas non poterit recuperare/alias poterit loco illarũ uo.in.l.j.C.quando liceat se sine iu.ven.per docto.in dicto.c.olim.ꝛ per Hostieñ.in.ca.j.de treuga ꝛ pace.vbi dicitur ꝙ in isto casu licitum est aduersariũ depredari.Et similiter quãdo dominus/vel ciuitas requisita denegat de suo subdito iusticiam facere.alle.in li.feu.de in uestitura quam Titius recepit a Sempronio.§.fin.ad predicta facit:quia lex permittit suum debitorem fugiẽtem capere:quia iudicis copiã habere non potest. ff.de his que in frau.credi.ait pretor.et hec Calderinus.Cuius causa non dubitarem:quin papa posset sub cesuris ꝛ penis omẽ bellum iniustum/aut dubiũ seu non necessariũ pro defensiõe vt supra impedire:donec coram eo constaret de belli legitimitate. vt in.d.c.sicut.de iureiuran.cum ordinarie in spiritualibꝰ a deo habeat potestatem:ratione peccati indistincte cõtra omnes possit ꝓcedere.vt in.d.c.nouit.ꝛ casualiter etiam in temporalibus possit se intromittere papa.vt in dicto.c.per venerabilẽ,ꝛ in dicta cle.pastoralis.de re iudi.ꝛ vnica.de iureiuran.ꝛ in locis preallegatis.Si autẽ tyrãnus/aut manifeste intrusus in aliquo imperio seu dignitate/aut priuata persona indiceret bellum:nõ est sibi ab aliquo obtemperandũ.vt in dicto.c.quid culpatur.xxiij. q.j.beatus Augustinꝰ ait ibi.sine deo/sine aliquo legitimo imperio iubente.hoc idem in.d.c.ille gladium.xxiij.q.iiij.in principio ibi.accepta legitima potestate.hoc idem in dicto.c.de occidendis.xxiij.q.v.in in prin.ibi.accepta legitima potestate si eius congruit persone.ꝛ in dicto.c.miles.eadẽ.cau.ꝛ.q.ibi.sub quo legitime constitutus est.Nam vt beatus Augustinus de ciuitate dei/prout habetur in.c.quicunq̃ꝫ percutit.ea.cau.ꝛ.q.viij.dicit.Qui vero sine aliqua publica administratione maleficuꝫ/furem/sacrilegum/adulterũ/ꝛ periurum ꝛ quemlibet criminosum interfecerit ꝛc.velut homicida iudicabitur ꝛ tanto acrius/quã

to non sibi a deo concessam potestatem abusiue vsurpare non timuit. argumentū in .c. hic ergo. de con. di. i. in pn. hic ergo in presenti vita positos oportet ꝛ nos agnoscere. immo magis est si videtur subditis: ꝙ verus pnceps qui nullū in tēporalibꝫ recognoscit superiorē/iniuste mouet bellū: ꝛ vocat subditos ꝓ bello tali: ꝙ subditi hñtes ꝯscientiā lesam nō debēt obtēperare. q: melius est obedire imperatori celesti ꝙ terrestri. vt beat⁹ Augusti. scribit ad donatistas. put habet in .c. imperatores .xi. q. iij. hoc idem ipse Augusti. in .c. antecedēti. hoc idem beatus Hierony. in epl'a ad ephesios. put habet in .c. si dñs. ꝛ beat⁹ Ambro. in .c. sequēti. iulianus. ea .xi. q. iij. de quo. s. satis. Ad illud de represalijs/aut ꝙ vnus pignoret ꝓ alio videtur satis iustū ꝛ equuꝫ ꝛ ordinarie: vt hoc ab aliq iure nō ꝑmittat. vt in .d. c. pignorationes. de iniurijs. ꝛ in locis preall. Cuius cā in isto articulo doctores tā in .d. c. postulasti. ꝛ dilecti. ꝛ dilect. ꝛ in eo. de iniurijs sunt varij. Nā Guil. ꝛ Archid. tenēt in .d. c. pignorationes: ꝙ qui recipit cōpensam rei sue ab alio ꝙ ab illo qui sibi obligat: ꝙ tenetur ad restitutionē ꝛ ꝑmaxime in foro poli. ꝛ dicūt ꝯsequenter: ꝙ licita est pignoratio q̄ fit auctoritate ꝓprij iudicis: ꝓcedente tñ eius snīa sup negligentia ꝛ defectu iusticie. Alij dicūt: ꝙ nō possit iudex spoliati seu grauati istā pignorationē ꝯcedere/cōtra illos q̄ non sunt sue iurisdictionis. sed hoc debet ꝯcedi ꝑ iudicē spoliātis seu grauātis. ꝛ sic intelligat. d. c. dñs .xxiij. q. ij. ꝙ ciuitas petēda est. s. ꝑ suū iudicē. Et si isto modo intelligeret. d. c. dñs. ꝛ opinio Inno. ꝛ aliorum de nihilo deseruiret: aut quasi. cū si talis iudex ꝯcederet pignorationē: poti⁹ ipse faceret executionē seu pignorationē: ꝛ nō cōmitteret eā faciendā grauato. Alij dicūt: ꝙ opinio illa/ ꝙ possit dari pignoratio ꝑ iudicē grauati seu iniuriati: intelligit qñ nullus inueniat supior qui de ciuitate negligētis vel dño illi⁹ iusticiā faciat. qd etiā ſm opinionē aliquoꝝ stare nō valet. cū in tali casu daret iudex eccl'iastic⁹ in defectū seu carentiā secularis. vt in. ca. licet ex suscepto. de foro. de q̄ satis ꝑ Bart. in tractatu repsaliaꝝ. in tertia pncipali q̄stione. ꝛ ꝑ alios doctores in locis preall.

¶De duobus duellū intrantibꝫ pōt dici: ꝙ ita vni ꝯtra vnuꝫ aggressorē cōpetit defensio ꝛ cū eo in duello bellare sicut pluribus. sed excepta causa defensiōis: tā clericis ꝙ laicis ex oñi iure videtur ꝓhibitū ac valde damnatū duellū intrare. vt in .l. vna. li. xi. C. de gladiatoribꝫ. ꝛ in .c. i. ꝛ ij. de cle. pug. in duel. nam videtur

deum tentare ꝛ intrare purgationē vulgarē. que tm̄ a sanctis pa trib⁹ reprobat᷑: vt bñ in hoc casu Celestinus .iij. in. c. j. ꝛ optime Innoc. iij. in. c. iij. de purgatione vulgari puiderūt ꝛ determina runt: ꝙ attento ꝙ nonnūꝗ intrans duellū / ꝛ tenēs iusticiā ꝛ ve ritatē / ex dei puidētia ꝛ ꝓpter alia illius peccati talis in duello posset vinci ꝛ supari ab illo qui defendebat mēdaciū ꝛ falsitatē. quare nūꝗ tale duellū aliqs sine maximo crimine ꝛ graui pecca to posset intrare / nisi ex reuelatiōe diuina hoc faciat. vt facit tex. in. c. monomachiā. ij. q. v. vbi lr̄a Nicolai pape ait. monomoachi am vero in lege nō assumimus: quā preceptā fuisse nō reperimus. quā licet quondā iniisse legamus: sicut Dauid sanctū ꝛ Goliaz sacra pdit historia: nusꝗ tñ vt p lege teneat᷑ / alicubi diuina sāxit auctoritas. cū hec ꝛ hmōi sectātes deū solūmodo tentare videā tur. Ex quib⁹ satis videtur ꝙ duellū nulla lege pmittat᷑. Immo pōt aliud de iure sustentari: ꝙ pncipes peccāt cū dant licentiā ꝛ facultatem duobus tm̄ duellum intrandi: et possent per episco pos sub censuris ꝛ penis tales prohiberi duellum intrare / qua cunqꝫ licentia principis non obstante.

¶ Dis. Rogo bone magr̄ / postꝗ presupponis in iniusto bello nō efficiūtur bona pncipis / neqꝫ capiētiū: an si inter pncipes qui bellum fecerunt cōponatur pax: si poterunt sine consensu sub ditorum bona subditis ablata in guerra remittere / vt capientes non teneantur ad restitutionem.

¶ Ma. Textus in. c. quāto. d iureiu. presupponit simpliciter: ꝙ princeps sine consensu subditorū hoc non possit facere. ꝛ hoc sen tit Hostien. ibi. ꝛ in summa in titu. de peniten. in. §. finali. Sed pone ꝙ guerra fuit inter duos milites vel pncipes / ꝛ iniuste mul ta etiā damna hincinde data sunt: postea facta est pax inter ipsos ꝛ damna hincinde data remissa: nūquid hec remissio extenditur ad homines ꝛ valitores vtriusqꝫ. Non videtur. nisi de consensu eorundem sit facta ar. C. de transacti. l. j. ꝛ. l. transactionis placitū ꝛ. l. preses. ꝛ. l. vbi pactum. ꝰ. de maio. ꝛ obedi. c. fina. ff. de trans actio. l. iij. ꝛ. l. qui cum tutoribus. ꝛ. l. nulli. ff. de pactis. sumus. ꝛ. §. pacta. ver. ꝛ in summa. ꝛ. l. si conuenerit. vel nisi forsan aliter non posset haberi pax. vbi quidem vtiliter partis geritur negoci um vtriusqꝫ. ꝛ sic potest intelligi. ff. de pactis. conuentionum. ali quo modo possum remittere ius hominis mei: cū nec possim ab eodem tantūdem extorquere sine rapina. vt patet in his que no.

a.eo.sub.§.quid de questis. Istam opinionez sequitur Joannes andree. istam sequitur Abbas in dicto.c.quanto.de iureiuran. allegant pro fundamento.c.ad hoc de officio archidiaconi.in fi. quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.

¶Dis. Placet ex illo capite. quia princeps nõ est dominus bonorum subditorum. vt Innoc.z alii doctores dicunt in dicto.c. quanto.z in.c.que in ecclesiarũ.de constitu.z in.ca.inquisitioni. de senten.exco.z cardinalis in cle.vnica.de iureiuran. z Dominicus in.c. ad apostolice.de re iudi.li.vj. z per legistas in.l.fina. si contra ius vel vti pu.princeps sine eorũ consensu de bonis eorum disponere non valeat. Sed videt mihi: postq̃ princeps est dñs bonorũ subditorũ quo ad eorũ cõseruationẽ.vt in.l.bñ azenone.de quadrieñ.pscriptiõe.q si viderit p cõseruatiõe subditorũ z bonorũ eisdẽ subditis remanentiũ post guerrã seu bellũ/qd interest reipublice: vt fiat pax: z agitur de vtilitate subditorũ: vt pax cõponatur p principẽ.z bona ablata hincinde remittãtur: ne bona remanẽtia apud subditos pereant: q princeps põt/ immo tenetur pacẽ cõponere z sine cõsensu subditorũ si non potest habere: aut si esset periculũ in mora in congregatione subditorum bona ablata remittere: postq̃ causa ipsius pncipis est iusta: z mouetur in conseruationẽ z vtilitatẽ reipublice. sed hoc non obstãte restat si ista remissio principis sufficiat occupatoribus bonorũ predictorũ in vtroq̃ foro/ vt non teneantur ad satisfactionẽ.

¶Ma. Si bene aduertas ad verba Hostien.in.dic.§. guerra hoc tenet quod ais. scz q si pax non potest fieri sine remissiõe ablatorum: q pro pace cõponenda postq̃ hoc fit in vtilitatẽ subditorũ/ sine eorũ cõsensu pnceps potest remittere ablata. Sed an/ z qñ pars que abstulit bona in bello: z detinet ablata sit ex simili remissione vel aliter liber a restitutione in foro fori/ z in foro poli est aliud. nam Hostieñ.in summa in.d.ti.de penitẽtijs.in.§. qd de rapina. in versu. hoc tamen teneas ait: q is qui iuste pugnat non tenetur ad restitutionem prede: sed fit capiẽtis. vt ibi notatur. z probatur distincti.j.ius gentium.xxiij.q.vij.si de rebus. et hoc intelligas: siue capiatur de rebus iniuste pugnantis/ siue valitorum vel hominũ suorũ: quousq̃ iuste pugnanti debito suo vel iniuria vel offensione illata/ vel damno dato sibi vel suis z interesse suo/ sit iuxta ppriã z sanaz cõscientiã plenarie satisfactũ: vel donec hostis parat⁹ sit satisfacere/ vel se iuri paritur ũ offerat.

Illos aũt itelligas suos: qui plus hominẽ q̃ deũ timẽtes sequũtur dñm suũ in bello illicito: ꝯtra id qd legit. xi. q. iij. iulianus. et c. dñs. al's aũt qui ei nõ pͥestãt ꝯsiliũ/auxiliũ/vel fauorẽ nõ credim⁹ puniẽdos, q̃ a pena suos deb3 tenere auctores ⁊c. s. de his que fiunt a ma. par. capi. quesiuit. lvj. di. satis puersum. s. de cõstitu. cognoscẽtes. j. q. iij. ei. Quod aũt dictũ est teneri illos qui dñm in iniusto bello sequuntur: intelligas. qñ hi qui sequuntur de h̄ certi sunt: vel ꝓbabiliter credũt iniustũ bellũ esse: maxime vbi ecclesia hoc ꝓhibebat ⁊ tales excõmunicabat. Si ṽo certi essent: vel ꝓbabiliter crederẽt q̃ iustũ esset/in nullo tenerentur. nisi forte haberẽt corruptã cupiditatis intẽtionẽ: vt non fiat ꝑpter odiũ/vltionẽ/vel ꝑpter cupiditatẽ: sed ad correctionẽ: ⁊ ꝑpter charitatem/iusticiã/⁊ obedientiã. xxiij. q. j. quid culpatur. ⁊ c. militare. Militare nõ est delictũ: sed ꝑpter predã militare peccatũ est. sed hoc reputo piculosum. q: sola ꝯsciẽtia nõ facit iustũ bellũ: immo auctoritas iuris/vel iudicis est ꝯtum ad hoc ꝑtinet requirẽda. vt patet in his q̃ notantur. s. de treu. ⁊ pace. §. quid sit iustũ belu3. q̃ si ꝓbabiliter dubitãt vel vtrũ iustũ sit/vel iniustũ: adhuc propter bonũ obediẽtie excusatur. xxiij. q. j. quid culpatur. hoc dicas verum/si inquisiuit q̃ntu3 potuit: ⁊ peritiores consuluit: ⁊ semꝑ dubius remãsit. alioquin affectator sicut nõ expers sciẽtie puniretur. s. de clamdestina. despon. cũ inhibitio. §. si qs vero. Nec excusatur ꝑpter timorẽ amittẽdi feudũ: vel incurrẽdi aliud damnũ tꝑale. xxxij. q. v. ita ne. licet metus culpã in partẽ attenuet/qd ad penitentiã iniungendã circa ieiunia ⁊ orõnes. s. qd me. cau. sacris. sed ⁊ auctoritas iuris. vel iudicis requiritur. Vbi ergo habetur auctoritas iudicis: dici põt q̃ et si iudex errauerit/ad pugnãtis tñ ꝯscientiã recurrat. ⁊ in hoc casu põt habere locũ distinctio dctã in foro penitẽtiali. secus in ꝯtentioso: nisi error apte detegeretur suo tẽpore. S3 nunq̃d hi qui sequuntur tenentur insolidũ. Distigue. vtrum sciret predã cõmitti debere: vel etiã ignoraret: tñ venientes ad predã nõ abstinuerũt: imo alios adiuuarũt. Et tales etiã hi qui cõsilio/vel auxilio/vel adulatione vel detractiõe/seu causa ꝯsilij induxerũt tyrannũ ad predã faciendã/vel guerrã mouẽdam iniuste: tenentur insolidũ. si ꝑpter hoc faciũt vel credũt: q̃ tyrannus ad hoc sit inductus: al's non facturus/vel non tantu3 facturus quo ad id quod plus fecisse creditur ex tali instigatione. ar. s. de homici. sicut dignũ. xvij. q. iiij. oẽs. ij. q. j. notũ. lxxxix.

dis.error. Si vero sciūt vel credūt/ꝙ ꝓpter hoc ad hoc non fuerit motus:nec ꝓpter talia plus vel minus fecit:tūc non tenētur nisi inquantū ad eos puenit vel de his expenderūt: et inquantū damnū dederūt p se/vel familiā suā directe vel occasionaliter. ad h. ō.de sen.ꝛ re iudi.cū.i.ꝛ.a.ō.de eta.ꝛ qual.tnā.xi.q.iij.quoniam multos.ff.si cer.pe.si ꝛ me ꝛ ticium.in fine.ꝛ de iniur.c.fin. Sed quid si vnus satisfecerit insolidū:siue ꝑncipalis/siue alius ceteri omēs liberātur.ar.ff.de reg.iu.bona fides.ff.de eo p quē factū est.l.j.§.si plures.ꝛ hoc intelligas quo ad deū/ꝛ de magna equitate.nā quo ad penā quadrupli adhuc pōt insolidū quilibet ꝯueniri.cū sit pena.ff.de iur.om.iu.a deo ꝛ.l.preceden.§.fi.ff.ad.l.acqui.itē mela.§.sed si plures.xij.q.ij.cū deuotissimā.et iuxta verbū Zachei dicentis.si quē defraudaui/reddo quadruplum. de quo tangit.xiiij.q.v.non sane.in fi.vnde sanū est ꝯsiliū:ꝙ de hac pena q̄libꝫ humiliter misericordiā petat. Sed nunquid is qui suū recuperat/tenet cedere actiones suas ꝯtra alios qui dānū dederūt. Scripsit ray.ꝙ sic:in iudicio anime.q̄uis in pretioso iudicio non teneatur.nisi forte is qui satisfecit insolidū ꝑncipalis esset:vt sic non ab vno insolidū/ sed a pluribus ꝑ partibus exigatur. In foro aūt ꝯtentioso nō video qua fronte is qui propter ꝓpriā punit ꝯtumaciā/possit petere cessionē.ff.de admini.tute.si plures.ij.ff.de tute.ꝛ ra.ꝛ ca.dis.tua.l.j.§.nūc tractemus ꝯm raymundū. Et de predā ementibꝰ/ꝛ quidē si quis emat sciens predā:vel credēs ꝓbabiliter ꝙ preda sit/tenetur indistincte.nec liberetur vendēdo vel qualitercūq; alienādo/nec amissione vel morte rei/vel aliquo alio casu interueniēte quominꝰ teneat restituere preciū ꝯm ꝙ plus valuit:ex quo emit/vel plus vendidit q̄ emerit/vel tpe ꝯtractus valeret:ꝛ quicquid ex re habuit/vel habere potuit nullas expensas deducēdo.q̄a talis ꝯtrectādo rē alienā furtum ꝯmittit:ꝛ fur semꝑ in mora est.ad hoc.C.de fur. qui inuēta.ff.de ꝯdi.furtiua.in re furtiua.ff.ꝯmodati.si vt certo.§.sed interdū.C.de rei ven.certū. Et qd dictū est de ꝑmo emptore:idē intelligas de secūdo/tertio/ꝛ etiā millesimo.q: si per plures manꝰ ambulauerit idē iurꝭ erit.ff.d mino.sed vbi.ff.d pe.here.sed.ꝛ si lege.§.siue aūt. Si aūt scit ꝙ de iusto bello est:omīno excusatur.cū a vero dn̄o emat.si vero emēs hoc nesciebat:ꝓbabiliter tamē hoc credebat.puta q̄a omēs vicini sui/vel maior pars/ꝛ maxime sapiētes/ꝛ honesti homies ita credebāt.durāte

hac bona fide non tenetur: sed tenetur si postea audierit verita-
tem et curet alias cautius negociari. C. de furtis. l. ij. et si iudice sen
tenciante restitutionē fecerit: pōt agere cōtra venditorē vt ipm
seruet indemnē. xij. q. ij. vulterane. Sin aūt hoc faciat ad prece-
ptum sacerdotis in foro penitētiali: et in eodē foro inducendus
est venditor vt ipm seruet indemnē. sed in foro cōtentioso ipsum
non poterit emptor cōuenire. ff. de euic. si rē. s. de emp. et vendi.
c. fi. Quid si sciebat factū emptor: sed ignorabat ius: vel ignorā
tia facti duct⁹ crassa et supina / nō probabili rem raptā emerit. Te-
netur in iudicio anime ad restitutionē. ad hoc. s. de cleri. excō. mi
nis apostolice. dicitur aūt crassa et supina ignorātia: qn̄ comuniter
alij vicini dicebāt et credebāt / q res esset de preda et bello iniu-
sto. ff. de ver. sig. late culpe. vel quādo eccl'ia hoc phibebat: et ta-
les publice excōmunicabat. vnde non excusatur emptor tali igno-
rantia ductus. xij. q. ij. qui et humanis. xvj. q. j. si cupis. s. de ord.
ab epo. qui resig. epis. c. j. §. fi. et c. ij. et si de hoc nihil cogitabat qn̄
emit: nec inquisiuit quantū potuerit / in culpa est. ¶ Quid si em
ptor nō potest restituere cōmode / nisi forte vēdat quicquid hēt
et postea mēdicet. Ad hoc tenetur de rigore iuris: vt fm posse suū
totū restituat. xiiij. q. vj. si res. s. de vsuris. cum tu. ¶ Quid si ra
ptor idē et donator vel vēditor satisfecit plenarie de preda data
vel vēdita. Dicas donatariū vel emptorē liberatū. verū quicqd
habet d lucro et pcepit ante restitutionē factā: debet in vsus pau
perū erogare / vbi fuit male fidei. ar. xiiij. q. v. qui habet. §. et. §. se.
fm Ray. hoc intelligi potest de consilio. nam purgatū est vitium.
ex quo dicis plenarie satisfactū quo ad restitutionē faciendā. vel
si aliquid deest de restitutione / restituendū est damnū passo. vel
dic: q nisi etiā plenarie satisfactū / est sibi talis pena iniungenda:
vt puniatur in eo in quo deliquit. s. de tem. ordi. lras. et Caldari
nus in suo cōsilio. lxxxxv. et ti. de treu. et pace. in hoc articulo: vtrū
bona capta in bello sint pncipis / aut capientiū inter multa alia
ait. Puto tamē: q salua cōsuetudine que in hoc esset sequēda: que
in hoc casu esset legis interpres. de consue. cū dilectus. de iure. li
cet quidā distinguāt mobilia ab immobilib⁹. puto standū ei. qd
voluit glo. in pdicto. c. dicat. Et Hostiē. in suma. de treu. et pace.
in. §. quid si iustū. post pris. Aut talis capiēs erat stipēdiarius pa
pe / vel pncipis: vel als ratione feudi ad tale seruitiū tenebatur.
et tūc pncipi debent oīa assignari, nedum mobilia / sed etiā im-

mobilia. maxime mobilia: vt illa diuidat ſm merita pſonarũ. vt in.c.ius militare.j.di.vbi dicit glo.ſic intelligi debere id quod dicitur: ꝙ acquiſita in bello mea fiāt.ad idē.xij.q.ij.cõceſſo. immobilia vero ſi ſunt imperij/ad imperiũ remaneant. Si aũt nec erat cõductus/vel ſtipẽdiarius: ſed al's liber: ꝙ forte libere venit: vt vt ibi miles efficeret. p ſalute anĩe/vel al's qualitercũqꝫ aliter ꝙ̃ ex debito: tũc que acq̃rit/ſua ſunt. vt in p:eall'.ca.dicat aliq̃s. Et hec diſtinctio pcedat in alijs caſibꝰ quibꝰ dicet bona fieri capiẽtium. ⁊ hec Caldarinus. ¶Ex quibus oĩbus ſupradictis videtur ſatis cõſtare: an/⁊ quãdo capta in bello efficiãtur capientiũ. ⁊ reſponſum ad pncipale queſitũ in hoc vltimo articulo: ꝙ non obſtante remiſſione facta p principẽ/qui aliqua bona occupant in iniuſto bello: in foro cõſcientie tenent ad reſtitutionẽ. q: licet pnceps. vt.s. poſſit in foro cõtentioſo puidere/ne tales cõpellantur ad reſtitutionẽ: nec cõdemnẽtur aut puniãtur in foro ſuo ab aliquo: non poteſt puidere nec ſtatuere in his que tangunt animam ⁊ conſcientiã ſubditorũ. Et hec ſufficiant: poſtq̃ in iſta materia videtur ſit deductũ/quicquid per ſanctiões ſanctoꝝ patrũ decretũ eſt ac doctrinã ſanctorũ patrum haberi poteſt.

¶Concluſio.

Habeas reuerendiſſime dñe libellũ cõpoſitũ ac correctũ in motu/cum aduentu ſeu reuerſione chriſtianiſſimi regis Francorũ: pro quorũ locatione fuit neceſſe libros ⁊ codices/immo intellectũ ⁊ mentẽ hincinde mouere. ⁊ ſic non mirandũ/attenta inſufficientia cõdentis/⁊ motu predicto/ſi deficiat in multis. in quo ſi minus perite/aut parum caute aliquid dictũ eſt: emendari cupimus a te vt premiſimus: ac ab ipſa eccleſia Romana/cuius correctioni ſubmittimus omnia. quam deus in pace exaltare dignetur ⁊ conſeruare vt promiſit/ſine macula ⁊ ſine ruga.

Argentine ex officina Joannis
Schotti. Tertia Februarij.
Anno chri. M. D. XI.

Annotatio questionum pri me partis partis tractatus de libertate ecclesiastica.

Annotatio questionũ secũ de partis tractatus de libertate ecclesiastica.

Annotatio questionū tra-
ctatus dialogici de confederatione principum.

An liceat alicui principi cum alio fedus inire sub hac lege ꝛ conditione.s.ero tibi ꝛ amicis tuis amic⁹:ꝛ inimicꝭ tuis inimic⁹.
An liceat fideli cum infideli confederationē facere.
An/ꝛ quādo liceat cū infideli seu heretico participare.
Qualiter ex vtroqꝫ testamēto est iniuncta pax toto gn̄i humāo.
An/ꝛ qn̄ de iure reprobetur cōspiratio ꝛ cōiuratio.
An papa possit facere confederationeꝫ cum aliquo in particulari:ꝛ de eius preeminentia ac vigliantia quam debet habere in tenendo oues quietas in pace.
An/ꝛ qn̄ permittat̄ psecutio inimicorū ꝛ iniquoꝝ ad satisfactionem iusticie/ꝛ non ad rancorē priuatum.
An machometani iuste possideant terram sanctam ꝛ iuste possint debellari.
An/ꝛ quare sine mora delinquentes in his que vehementer deus offenditur debent puniri.
An/ꝛ qualiter ad officium regum pertineat liberare oppressos: ꝛ ad instantiam pontificis debeāt cōpelli: vt veniāt ad liberādam ecclesiā ꝛ alios oppressos ab oppressoribus.
An/ꝛ quando papa in causa ecclesie/aut personali/ vel patrimoniali possit esse iudex.
An/ꝛ quale iuramentum sit obseruandum.
An si in aliquo contractu cōtineantur duo/licitū ꝛ illicitū:an excluso illicito teneatur quis ad licitum.
An papa possit cōponere pacē cū Soldano ōtinēte trā sanctā.
An/ꝛ quando liceat alicui ingerere se manifeste periculo mortis/ seu martyrio.
An/ꝛ quomodo intelligantur verba redemptoris. Si quis te pcusserit in dexteram maxillā tuam:prebe illi ꝛ alteram.
An/ꝛ qn̄ necessitas non habet legem.sed imponit sibi legem.
Qualiter nō est recedendū a veritate ppter scandalū euitandū.
An/ꝛ qn̄ liceat alicui ponerē diuisionē int̄ maliuolos ꝛ puersos.
An/pbibitio vsurarū habeat locū tā in recipiēte q̄ʒ in dante.
An/ꝛ quādo dicatur bellum iustum aut iniustū.
An/ꝛ quando liceat prelatis ꝛ ecclesiasticis bellare cum pena-

aut sine pena irregularitatis.
An/ ꝛ quãdo liceat secularibus indicere bellum ꝛ bellare.
An/ ꝛ quando liceat alicui rem suã etiam furtiue capere.
An/ ꝛ quando liceat alicui duellum intrare.
An/ ꝛ quando liceat principi sine licentia subditorum compone re de ablatis in bello: ꝛ remittere ablata.
An/ ꝛ quando liceat alicui in foro conscientie retinere ablata si bi remissa a principe.
An/ ꝛ quando liceat alicui retinere ablata.

Questiones huius tractatus:
quotate non sunt: quo
niam intricate ꝛ
per saltũ va
rijs passi
bus in
serũt.

¶ Pro tempore ꝛ loco.

